

4A
34
12
8

4A
34
12
8

4-52-17-13

HIERONYMI
CARDANI MEDIO
LANENSIS, CIVIS QV'E BONO-
NIENSIS, PHILOSOPHI, MEDICI ET
Mathematici clarissimi,

OPVS NOVVM DE
PROPORTIONIBVS NVMERORVM, MO-
TIVM, PONDERVM, SONORVM, ALIARVM QV'E RERV
mensurandarum, non solum Geometrico more stabilitum, sed etiam
uarijs experimentis & obseruationibus rerum in natura, solerti
demonstratione illustratum, ad multiplices usus ac
commodatum, & in V libros digestum.

P R A E T E R E A.

ARTIS MAGNÆ, SIVE DE REGVLIS
ALGEBRAICIS, LIBER VNVS, ABSTRVS ISSIMVS
& inexhaustus plane totius Arithmeticae thesaurus, ab
authore recens multis in locis recogni-
tus & auctus.

I T E M.

DE ALIZA REGVLÀ LIBER, HOC EST, ALGEBRAICÆ
logisticæ suæ, numeros recondita numerandi subtilitate, secundum Geo-
metricas quantitates inquirentis, necessaria Coronis,
nunc demum in lucem edita.

Opus Physicis & Mathematicis imprimis
utile & necessarium.



Cum Cæs. Maiest. Gratia & Priuilegio.
B A S I L E Æ.

IN LIBRVM DE
PROPORTIONIBVS HIERONYMI
CARDANI MEDIO LANENSIS, CIVIS QV'E
Bononiensis, Medici, Præfatio ad M.A. Amulium
Venetum, Card. Illustrissimum.



EN Dictum est meo iudicio à Platone M. A. Amuli optime, beatas fore Respub. si uel illarum domini sapientiae amatores essent, aut qui sapientiae essent amatores dominarentur, hoc ipsum clarè intelligens, studio sapientiae nihil esse utilius humano generi: quo simul & pietas, & iustitia, & mutuus amor hominum inter se & eorum commoda continerentur. Nempe hisce quatuor tota nostra felicitas comprehenditur. Si quidem pietate in Deos nihil nisi sanctum, & purum, & illustre sapimus: hoc ipso primum quod supra nos est, intelligimus, Deos ueneramus, gratias agimus, timor cum ueneratione nostros animos subit, & de futura uita cogitamus, hæc ipsa mortalia si non negligentes saltem paruifacientes. Iustitiam autem adeò necessariam humano generi esse scimus, ut sine illa neq; esse, nedum bene esse possimus, ut neq; latronum cœtus absq; ea diu stare possint. Porrò quid dicam de concordia, & mutua hominum benevolentia, in quibus omnis uitæ humana dulcedo deposita est: nec quis sustineat uiuere, qui se omnibus odiosum esse sentiat. His ipsis filios in spem alimus, parentes fouemus, fratres tuemur, & adiuuamus, amicis opitulamur, cum hominibus hilarem & iucundam uitam ducimus. Si quis serpentem in lecto haberet, nunquam somnum caperet: ita nihil molestius est in hac uita, quam esse cum quonolis, & priuari consuetudine eorum cum quibus maximè uiuere cupias. Quid enim habent Principes præcipuum cum tota illa potentia quam habent, nisi hoc unum, quod suis quos amant bene facere possint: nam reliqua omnia exerceri, uenari, edere, bibere, dormire, iter agere, loca amæna inuisere multis alijs concessum est, maioreq; commodo qui in uita priuata degunt. Si ergo principatum cum tot laboribus, curis, periculis, & merito omnes appetunt: nec est in eo quicquam præcipuum præter hoc, cui dubium est quin hoc non sit summum huius uitæ hominibus bonum: propter cuius uel dubiam spem eorum, quæ habent obliiti mortales periclitantur. Succedunt inde tot commoda, non solum utilia, sed pleraq;

Præfatio.

etiam necessaria, quæ nos sapientia docet: huiusmodi ergo omnia
cùm libris contineantur, merito optimus quisque librorum bono-
rum perpetuitati atq; in columitati fauere debet. C. Caligulam exes-
cramur solum ob id quod Vergilij, & T. Liuij scripta delere cogi-
tauerit. Quid facturi essemus, si fecisset quod cogitauerat: Est in sa-
pientum monumentis bonum sine malo, mens sine corporea labo:
Virtutes absq; uitij, gratiæ & iucunditas sine sorde, & immundi-
tia, uoluptas sine dolore, conuersatio absq; tædio, delitiæ absq; misé-
ria nuda, omnia bona præstant, atq; laudabilia ab omnibus morta-
litatis exuuij libera, tantum commodi afferunt libri. Sed & in eo-
rum electione ac studijs modus, ac mediocritas quædam seruanda
est, quæ si quis neglexerit non leui incommodo afficietur: eam an-
ti qui rationem alijs proportionem appellarunt, non equidem etiam
in pertritis tam facillimā, ut rentur homines: nam in alijs rebus per-
obscuram esse fatentur, ego difficillimam puto undiq; & magis for-
san ubi non existimamus. Vnde plures decidere uidemus magnis
cum auxilijs, & euidenti spe: quid aliud est in causa quam ignota
mensura rerum: quam tamen plerique tenere se putant. Ergo, cùm
summum bonum in hac mensura situm esse cernerem, ut clarè osten-
dunt musicæ uoces, quæ non nisi individuo (ut ita dicam) spacio
seu loco stare possunt, ita & in figuris picturarum & statuarum, &
diebus decretorijs, & negocijs ciuilibus operæ premium me factu-
rum existimaui, si omnia hæc quæ latè patebant breuiter in unum
redegisssem, nō tantum ne lectorem tædio afficerem, quam ut quod
alijs docui, breuibus tractationibus, & plura continerentur, & faci-
lius docerentur. Cum uero bona fortuna quædam effecisset, ut tibi
libellum dedicassem de Prouidentia ex constitutione temporum,
longe meliore occasione nominis tui typographi obliti sint, indi-
gnum fore putaui, ut non ærea (quemadmodum cum Glauco Dio-
medes) cum aureis commutarem. Itaq; infinitis licet circumuentus
negocijs totus huic operæ incubui, atq; adeò ut praeter spem unius
anni penè spacio liber absoluueretur. Qui cum tibi (ut dixi) iam iurè
deberetur, eo tamen magis dedicandum putaui, quod non ego so-
lum quanquam id maximè, sed communis consensus ho-
minum existimet, te singulari uirtute omnibus
studiosis plurimum fauere.

Vale,

TABVLA

T A B V L A P R O[·] POSITIONVM DE PROPORTIONIBVS.

- I. PROPORTIONEM in proportionem duci, est superiores numeros atq; inferiores inuicem ducere. pagina 6
- II. Proportio extremorum producitur ex intermediis. 7
- III. Si proportio ex duabus proportionibus in quatuor terminis producatur, ipsa uero proportio inter duas alias quantitates fuerit constituta: consurgent trecenti sexaginta modi productionis proportionis. 7
- IV. Si fuerit proportio primi ad secundum, producta ex proportionibus tertij ad quartum, & quinti ad sextum, producetur etiam ex proportione tertij ad sextum, & quinti ad quartum. 8
- V. Si fuerit proportio primi ad secundum, producta ex proportione tertij ad quartum, & quinti ad sextum: erit proportio tertij ad sextum, producta ex proportionibus primi ad secundum, & quarti ad quintum. 8
- VI. Ex trecentis sexaginta modis producendarum proportionum triginta sex tantum esse necessarios. 9
- VII. In modis qui necessariò producuntur ex duabus proportionibus, cum due quantitates ex illis que modos conficiunt, & quales fuerint: proportio producta ad quatuor quantitates omiologas reducetur. 10
- VIII. Si duarum proportionum superiores numeri alternatim cum inferioribus multiplicentur atq; coniungantur, erit proportio aggregati ad productum ex inferioribus inuicem proportio, ex primis proportionibus composita. 11
- IX. Si duarum proportionum superiores numeri alternatim cum inferioribus multiplicentur, minus i.e. productum ex maiore detrahatur, erit residui ad productum ex inferioribus proportio uelut illa, quae relinquitur detracta minore proportione ex maiore. 11
- X. Si fuerit alicuius quantitatis ad unam partem proportio, uelut alterius partis ad secundam quantitatatem, erit proportio cuiusvis quantitatis eiusdem generis ad secundam composita proportio, ex proportionibus eiusdem quantitatis, assumptæ ad utrunque partem prime quantitatis seorsum. 11
- XI. Proportio aggregati quarumlibet duarum quantitatatum ad aggregatum duarum eequalium quantitatuum est, composita ex proportionibus primis, & diuisa per duplam. 12
- XII. Propositis duabus proportionibus unam alteri iungere absq; multiplicatione. 12
- XIII. Proportio confusa aggregata prime & tertie quatuor quantitatuum omiologarum ad aggregatum secundæ & quartæ, est uelut composita ex eisdem diuisa per duplam. 13
- XIV. Proportiones confuse & coniunctæ in tribus quantitatibus inuicem commutantur. 13
- XV. Si fuerint quatuor quantitates proportio confusa, aggregati prime & tertie, ad aggregatum secundæ & quartæ, erit ut monadis addito prouentu, qui sit diuisa differentia, differentiarum primæ & secundæ, atq; quartæ & tertie, per aggregatum tertie & quartæ ad ipsam monadem. 14
- XVI. Omnia quatuor quantitatum proposita prima, quæ non minorem habet proportionem ad suam correspondentem quam alia ad aliam, erit proportio confusa illarum, 14
- ut pro-

TABVLA PROPOSITIONVM

	ut producili ex aggregato primæ & tertie, in tertiam ad productum ex aggregato tertie & omniotate ad secundam in ipsam quartam.	14
XVII.	Omnes due proportiones conuertæ producunt æqualem proportionem.	15
XVIII.	Si fuerint quotlibet quantitates in continua proportione multiplici præter ultimā proportionē uero penultimæ ad ultimam, qualis residui primæ ad secundam, erit primæ ad aggregatum reliquarum, uelut penultimæ ad ultimam.	15
XIX.	Si fuerint aliquot quantitates arithmeticæ omiologæ, quarum excessus sit æqualis minime, omnibus autem deficientibus supplementa ad æqualitatem maximè adiungantur, erunt quadrata omnium quantitatuum æqualium, adiecto rursus quadrato prime cum eo quod fit ex minima primi ordinis in aggregatum omnium quantitatuum eiusdem, tripla aggregato quadratorum omnium quantitatuum primi ordinis pariter acceperis.	17
XX.	Cum fuerint quatuor quantitates, fueritq; secunda æqualis tertie, aut prima æqualis quartæ, erit proportio primæ ad quartam, aut tertie ad secundam, producta ex proportionibus primæ ad secundam & tertie ad quartam.	21
XXI.	Cum decussatim ducta fuerit prima in quartam, & secunda in tertiam, producaturq; primæ in quartam, diuisum fuerit per productum secundæ in tertiam, erit proportio primæ ad secundam, diuisa per proportionem tertie ad quartam. Et similiter interposita omiologa.	22
XXII.	Cum fuerit proportio primæ ad secundam maior quam tertie ad quartam, erit confusa ex his maior quam tertie ad quartam, minor autem quam prima ad secundam.	23
XXIII.	Omnis motus naturalis ad locum suum est: ideo per rectam lineam fit.	23
XXIV.	Omnis motus circularis uoluntarius est.	23
XXV.	Tres sunt motus omnino simplices naturæ, uoluntarius, & uiolentus.	24
XXVI.	Motus ergo compositi quatuor necessariò sunt species.	24
XXVII.	Motus uoluntarius est in loco naturalis ad locum: uiolentus ex loco.	25
XXVIII.	Motus quilibet uoluntarius aut uiolentus in aliquo medio fit.	25
XXIX.	Omnis motus uoluntarius æqualis est semper: simpliciter etiam quilibet aliis motus.	25
XXX.	In omni corpore mobili in medio partes medij resistunt obuiæ, alie impellunt.	26
XXXI.	Omnis motus naturalis in æquali medio ualidior est in fine quam in principio. Violentus contraria.	26
XXXII.	Omne mobile naturaliter motum seu uiolenter uelocius mouetur in medio rariore quam densiore. Maior quoq; est proportio finis motus in corpore rariore ad finem motus in corpore densiore quam principijs. In uiolento autem celerius perueniret ad finem motus in corpore densiore.	27
XXXIII.	Omnia duo mobilia æqualis undiq; magnitudinis quæ æquali in tempore æqualia spacia pertransiunt in diuersis substantia medijs necesse est, ut sit ponderis ad pondus, quemadmodum medijs ad medium proportio duplicata.	27
XXXIV.	Proportio corporis cubi ad suam superficiem quadratam, est uelut eiusdem superficie, ad latus eiusdem uero ad monadem.	28
XXXV.	Vocum magnitudines ex crescunt in acumine, non in grauitate, finis autem est in utroque extremo. Propter hoc minima facta variatione in hypate acute uixerunt.	29
XXXVI.	Si proportio per proportionem minorem æquali ducatur, proportio minor producetur.	29

DE PROPORTIONIBVS.

- ducetur. Vnde manifestum est duas proportiones minores equalitate inuicem duas proportionem minorem unaquaq; illarum producere. 30
- XXXVII.** Si plures homines, quorum per se nauim mouere possint, aut pondus ferre simul iuncti eam moueant, aut pondus ferant, erunt illae proportiones coniunctae non productae. 30
- XXXVIII.** Omne corpus tantum resistit motui contrario suo naturali, quantum mouetur occulto motu quiescendo. 31
- XXXIX.** Ab aequali aut minore uero quam sit impedimentum non fit motus. 31
- XL.** Omne corpus sphaericum tangens planum in puncto mouetur ad latius per quamcunq; uim, que medium diuidere potest. 31
- XLI.** Si fuerint due quantitates sumaturq; toties aggregatum maioris & minoris, quoties aggregatum minoris & maioris, erit proportio confusa maioris aggregati ad minus, minor quam multiplicis maioris ad multiplex minoris. 32
- XLII.** Trahentium nauim, aut ferentium pondera proportiones in se inuicem, quomodo ducere oporteat considerare. 32
- XLIII.** Productionem ad additionem retrahere. 33
- XLIIIIL** Si fuerit proportio motoris ad id quod est maximum non mouens, & spaciū & tempus, nota erit etiam reliquorum nota. 33
- XLV.** Rationem staterē ostendere. 34
- XLVI.** An sit aliqua proportio & qualis inter animam & uitam, & sua corpora considerare. 35
- XLVII.** Si duo mobilia aequaliter in eodem circulo iuxta proprios motus, productum temporis circuituum inuicem, erit aequale producto differentie temporum circuitus ductae in tempus coniunctionis primae. 36
- XLVIII.** Si tria mobilia ex eodem punto discedant, fuerintq; duorum ac duorum coniunctiones in temporibus commensis, illa tria mobilia denuo coniungentur in tempore producto ex denominatore divisionis temporis maioris per minus in numeratuore in maius. 37
- XLIX.** Propositio mobilis in circulo circuitus tempore dataq; ratione distantiae ab illo mobilis circuitum inuenire, quod ex eodem punto discedens cum alio mobili in dato punto conueniat sub quoconq; numero circuituum temporis quoque coniunctionis. 39
- L.** Omnes circuituum portiones in eisdem temporibus repetuntur. 40
- LI.** Operationes dictas exemplis declarare. 41
- LIL.** Tria mobilia coniuncta in eodem punto, quorum duo & duo conueniant in partibus incommensis inter se, in perpetuum in nullo unquam puncto conuenient. 42
- LIII.** Circulorum se in aduersum mouentium proportionem declarare. 43
- LIIIIL.** Proportio circuli ad suum diametrum per similitudinem est quarta pars peripheriae. Rursusq; eiusdem circuli ad peripheriam diametri quarta pars. 44
- LV.** Proportionem medicamentorum per ordines supposita aequali proportione in ordinibus per quantitates & proportiones demonstrare. 44
- LVI.** Proportio cuiusvis binomij ad suum recisum, uel ei commensum est duplicata ei qua ad numeri latus. 49
- LVII.** Motus rationem ad pondus inuenire. 49
- LVIII.** Quae ex alto descendant, cur non eandem pro distantia motus rationem in libero aere seruent considerare. 49
- LIX.** Omne mobile motum duobus motibus non ad idem tendentibus utroque seorsum tardius mouetur simili motu. 50
- LX.** Omne mobile motu naturali descendenter parte, descendit grauiore secundum gravitatis

TABVLA PROPOSITIONVM

	uitatis centrum.	51
LXI.	Proportionum istius ad pondus rei & distantiam generaliter considerare.	52
LXII.	Proportionem motoris in plano ad motorem, qui eleuat pondus iuxta id quod mouet, inuenire.	53
LXIII.	Omne graue quanto proximiis alligatum plano, tanto facilius trabitur.	53
LXIII.	Omne mobile quanto latius tanto tardius mouetur in plano.	54
LXV.	Proportionem duorum mobilium inter se cum auxilio medijs inuenire.	54
LXVI.	Proportionem laterum eptagoni, & subtensarum considerare, & que à reflexa proportione pendent.	55
LXVII.	Si fuerint aliquot quantitates ab una quantitate alięq; totidem ab eadem analogae, erit proportio tertie unius ordinis ad tertiam alterius, ut secundæ ad secundum duplicita, & quartæ ad quartam triplicata, quintæ ad quintam quadruplicata, atq; sic de alijs.	57
LXVIII.	Propositio collectorum ab Euclide & Archimede.	57
LXIX.	Propositio collectorum ex quatuor libris Apollonij Pergei & Q. Sereni.	59
LXX.	Si fuerint tres quantitates in continua proportione, alięq; totidem in continua proportione poterunt constituere tres quantitates in æquali differentia peruersim copulate.	62
LXXI.	Proportionem levitatis ponderis per uirgam torcularum attracti ad reclam suspensionem inuenire.	63
LXXII.	Proportionem ponderis sphære pendenti ad ascendentem per acclive planum inuenire.	63
LXXIII.	Proportionem ponderum attractorum penes figuram in plano inuenire.	64
LXXIII.	Proportionem concutientis ad concussum instabili inuenire.	64
LXXV.	Proportionē immoti in aqua, ad immotū in terra in excipiendo istū inuenire.	65
LXXVI.	Proportionem duorum mobilium sibi inuicē concurrentiū per rectā inuenire.	66
LXXVII.	Proportionem motus obliqui ad motum rectum in nauibus inuenire.	66
LXXVIII.	Proportionem nauis ad triremes quotuis concurrentes demonstrare.	67
LXXIX.	Proportionem medicamentorum purgantium inuicem declarare	68
LXXX.	Proportionem motus secundum obliquum ad reclum in spacio declarare.	69
LXXXI.	Qualis sit angulus, per quem potest moueri nauis ad reclum explorare.	70
LXXXII.	Proportionem uelorum indagare.	70
LXXXIII.	Propriotheū recessus à recta uia ad obliquitatem inuestigare.	72
LXXXIII.	Distantiā centri terre à centro mundi per motum lapidis Herculei declarare.	73
LXXXV.	Proportio ponderis unius graui ad aliud sub eadem mensura est ueluti eiusdem ad differentiam ponderis uasis repleti ex altero graui, & ex ambobus de tracto priore.	74
LXXXVI.	Si circuli inæquales seu in sphæra seu in plano se secuerint, nunquam oppositos angulos æquales habent.	77
LXXXVII.	Proportiones crastitiei aquæ ad aërem in cōparatione ad radios demonstrare.	78
LXXXVIII.	Instrumentū Acolingen, quo momenta temporum deprehendātur fabricare.	79
LXXXIX.	Proportionem densitatis aquæ ad aërem per pondera inuenire.	82
XC.	Rationem impetus violenti extra misi ponderis ad æqualitatem reducere.	82
XCI.	Proportionem graui cubi, & sphærici æqualium in acclivi, & descensi eo um demonstrare.	83
XCII.	Proportionē ponderis æqualis iuxta longitudinis cōparationē demonstrare.	85
XCIII.	Propter qd in cōcussione etiā leui nauis loco moueatā ostendere. Unde manifestū est duas naues sibi inuicē occurfantes retrocedere, & quās retrocedat ambo.	86

DE PROPORTIONIBVS.

- X C III.** Si quātitas aliqua nota atq; proportionio erit producta, quātitas nota similiēr. Et si duas proportiones notæ fuerint, erit producta ex his atq; diuisa coniunctaq; atq; detra*
cta nota. Et si fuerit totius ad partem proportionio nota, erit et ad aliam partem nota:
et alterius partis ad alterā uno minor. Et si fuerit partis ad partem, erit ad totum
monade minor atq; nota. Et si fuerit unius quātitatis ad duas quātitates proportionio
nota, erit et cōfusa ex eis nota. Et si fuerint trium quantitatū omiologarum, aut
quatuor analogarum omnes præter unam cognite, erunt et illa alia cognita. 87
- X C V.** Cuiusvis trigoni rectanguli, aut cuius duo auguli sint in dupla proportione, aut qui
circulo inscriptus sit cognita quantitate unius lateris in comparatione ad dimetien-
tē, si proportionio duorum laterum cognita fuerit, erūt omnia eius latera cognita. 88
- X C VI.** Cum in perspicuū densum radij luminosi inciderint, quatuor sunt luminis genera. 89
- X C VII.** Motū inuersionis in figuris in cōparatione ad motū sphære in plano inuestigare. 91
- X C VIII.** Proportionem ponderum & equalium per differentiam angulorum inuenire. 92
- X C IX.** Proportionem grauitatum per multitudinem suppositorum orbium ostendere. 93
- C.** Proportionē grauitatis ponderū attractorum per trochlearū numerū inuestigare. 93
- C I.** Proportionem precij geminarum ex tribus in eodem genere cognitis inuenire. 94
- C II.** Proportionem motuum inuersionis, & attractionis in plano inuenire. 95
- C III.** Proportionem eorundem in acclivi demonstrare. 95
- C III L** Proportionem motus attractionis in declivi ad motum in piano determinare. 95
- C V.** Proportionem serentium pondus in pertica inuenire. 96
- C VI.** Quales proportiones angulorum doceant laterum proportiones. Atq; uicissim deter= minare. 97
- C VII.** Si in circulo due diametri ad rectum angulum se secauerint: alie uero ad perpendiculari-
lum ex diametro exierint ad circumferentiam, singulæ supra diametrum erunt ma-
iores portionibus reliquis diametri superioribus, infra autem minores. Dimidium
autem portionis superioris residuum ad centrum maius sagitta habebit. In aliqua
præterea portionis superioris parte, que uersus diametrum transuersum posita
est, maior est differentia partis diametri ei correspōdantis, q̄ lineæ transuersæ. 100
- C VIII.** Punctum equalitatis differentiæ descensus & remotionis à centro inuenire. 100
- C IX.** Rationem libræ expendere. 101
- C X.** Si due sphæræ ex eadem materia descendant in aëre, eodem temporis momento ad
planum uenient. 104
- C XL.** Cur ex medio tela ualidiorem ictum, & naues in scalam à remo ac malo recipient in-
de ex puppi explorare. 105
- C XII.** Cur ex imo lenia longius ferantur declarare, 106
- C XIII.** Cur uirga longius mittatur à puerò quam à uiro inuestigare. 107
- C XIV.** Circularis motus differentias quatuor esse, earumq; rationem contemplari. 108
- C XV.** Proportionem motuum impulsionis, & attractionis inter se, ab eadem ui decla-
rare. 110
- C XVI.** Cur machinæ oblongæ ignæ longius emittant sphæram explorare. 111
- C XVII.** In curriculis maior est uis pulueris copiosioris ampliore in spacio, quam paucioris in
minore iuxta proportionem eandem. 112
- C XVIII.** Quanta proportione decedat ictus in obliquum parietem ab eo qui est ad perpendi-
culum declarare. 114
- C XIX.** Quantum ictus machinæ procliuis ad angulum minuatur explorare. 115
- C XX.** Proportionem partium nauis ad eundem obliquum uentum explorare. 118
- C XXI.** Flabelli uires atq; naturam declarare. 219
- C XXII.** Contemptus circa Solis rationem in umbris declarare. 120

TABVLA PROPOSITIONVM

CXXIII.	Cognitare ratione umbre ad gnomonem sinum, & arcum altitudinis ab horizonte, quouis tempore dignoscere.	121
CXXIV.	Propotionem umbre uerse esse ad gnomonem, uelut gnomonis ad umbras uersam.	122
CXXV.	Proportionem dimetientis, & peripherie cuiuslibet circuli paralleli equinoctiali per cognitam partem magni circuli demonstrare.	123
CXXVI.	Circuli horarij naturam declarare.	123
CXXVII.	Data poli altitudine ortus amplitudinem demonstrare.	124
CXXVIII.	Nota amplitudine ortus, cuiusque puncti arcum semidiurnum inuenire.	124
CXXIX.	Data altitudine Solis in quacunq; regione, quacunq; die distantiam Solis à meridiano cognoscere.	124
CXXX.	Data regionis altitudine, & loco Solis proportionem gnomonis, tam ad umbram rectam quam uersam, uel etiam in cylindro determinare.	125
CXXXI.	Si linea alicui duplum alterius adiungatur, erit proportio dñarum ad primam maior quam dupli cum prima ad primam cum una adiecta.	126
CXXXII.	Si ad duas lineas quarum una alteri dupla sit eadem linea addatur, erit aggregati ex minore, & adiecta ad ipsam minorem, minor proportio quam aggregati ex maiore, & adiecta ad ipsam maiorem duplicata.	126
CXXXIII.	Si fuerint due quantitates, quarū una alteri dupla sit: minuatur à minore quedam quantitas, eadēq; maiori addatur, erit minoris ad residuum maior proportionalis, quam aggregati ad maiorem duplicata. Si uero minori addatur, & à maiore detrahitur, erit aggregati ad minorem minor proportio quam majoris ad residuum duplicata.	127
CXXXIV.	Si rectangularia superficies sit, cuius pars tertia quadrata sit corpus, quod ex latera quadratæ in residuum superficie constat, maius est quouis corpore ex eadem superficies, aliter diuisa constituto.	127
CXXXV.	Si linea in duas partes, quarum una sit alteri dupla diuidatur, erit quod fit ex tertia parte in quadratum residui parallelepipedum maius omni parallelipedo, quod ex diuisione eiusdem linea creari posuit.	128
CXXXVI.	Denominationes in infinitum extendere.	129
CXXXVII.	Rationem numerorum ex progressionē declarare.	129
CXXXVIII.	Modos usus horum numerorum declarare.	131
CXXXIX.	Radices omnes à propositis numeris extrahere.	132
CXL.	Radices per numeros fractos determinare.	133
CXLI.	Numeros fractos ad minores in ea de proportione ualde propinqua deducere.	135
CXLII.	Denominationū incrementa ex extrema cognita inuenire. Et cōuerso modo.	137
CXLIII.	Si linea in duas partes diuidatur, corpora quæ sunt ex una parte in alterius quadratum mutuo equalia sunt corpori, quod fit ex tota linea in superficiem unius partis in alteram.	138
CXLIV.	Duplum cubi medietatis maius est aggregato corporum mutuorum, cuiuslibet diuisionis quantum est, quod fit ex tota in quadratum differentiæ.	139
CXLV.	Si linea in duas partes diuidatur quadrata ambarum partium detractio eo, quod fit ex una parte in alteram, equalia sunt producto unius in alteram cum quadrato differentiæ.	139
CXLVI.	Corpus quod fit ex linea diuisa in superficiem equalē quadratis ambarum partium detracta superficie unius partis in alteram, est equalē aggregato cuborum ambarum partium.	139
CXLVII.	Proposita linea diuisa duas ei lineas adiicere, ut proportio additarū singularium & partium	139

DE PROPORTIONIBVS.

- & partium simul iunctarum ad additas sit mutua.* 140
- CXLVIII.** *Propositis tribus lineis primam sic diuidere, ut adiectis duabus alijs lineis, secundum rationē mutuam singularum singulis, aggregatū ex una adiectarū, & parte ad aggregatū ex alia parte, & adiecta se habeat, ut secunda ad tertiam.* 140
- CXLIX.** *Datam lineam sic diuidere, ut proportio quadratorum ad duplum unius partis in alteram sit, ut linea date ad lineam datam.* 141
- CL.** *Propositis duabus lineis, lineam communem utriq; adiungere, ut sit maioris ad additam proportio, sicut quadratorum minoris, & adiecte ad duplum unius in alteram.* 141
- CLI.** *Proportio differentie quadratorum partium cuiusvis linea, ad quadratum differentie illarum est, uelut totius linea ad differentiam.* 142
- CLII.** *Si linea in duas partes aequales, duasq; inaequales diuidatur, fueritq; proportio aggregati ex maiore, & dimidio ad ipsam maiorem, uelut ex minore, & aliqua linea ad ipsam minorem, & rursus aggregati ex minore, & dimidio ad ipsam minorem, uelut aggregati ex maiore, & alia addita ad ipsam maiorem, erit proportio dimidiij ad partem unam inaequalem, uelut alterius partis inaequalis ad suam additam mutuā, & etiam proportio additarum inuicem, uelut proportio partiū inaequaliū duplicata, & rursus ipsum dimidiū linea assumptæ mediū, erit proportione inter additas. Demū proportio dimidiij cū addita maiore ad dimidiū, cum addita minore, uelut maioris partis ad minorē.* 142
- CLIII.** *Vim quamcunq; manus multiplicare.* 144
- CLIII.** *Si linea date alia linea adiungatur, ab extremitatibus autem prioris linea duæ restæ in unum punctum concurrant proportionem habentes, quam medianam inter totam & adiectam, & adiectam erit punctus, concursus à puncto extremito linea adiectæ distans per lineam medianam. Quod si ab extremitate alicuius linea aequalis medie, seu peripheria circuli, cuius semidiameter sit media linea duæ linea ad predicta puncta producantur, ipse erunt in proportione mediæ ad adiectam.* 145
- CLV.** *Quadratorum numerum proportionem & inuentionem considerare.* 147
- CLVI.** *Horologiorum tempus multiplicare.* 152
- CLVII.** *Horologiorum molarium rationem ostendere.* 154
- CLVIII.** *Rationem indicis mobilis cum rota, qua horarum numerus per ictus indicatur explicitare.* 156
- CLIX.** *Nullus angulus rectilineus aequalis esse potest alicui angulo contento recta, & circuli portione.* 158
- CLX.** *Propposita linea tribusq; in ea signis punctum inuenire, ex quo ductæ tres linea ad signa sint in proportionibus datis.* 162
- CLXI.** *Si fuerint duo trianguli, quorum bases in eadem linea sint constituti, & aequales ad unum punctum terminati, & latus unum commune inter reliqua quantitate medium necesse est angulum à maioribus lineis contentū minorem esse.* 162
- CLXII.** *Proportionem duorum orbium, quorum diametrorum conuexe partis, & concave proportiones date sint inuestigare.* 164
- CLXIII.** *Proportionem uirium stellarum per motus suos indagare.* 165
- CLXIII.** *Syderum proportionem in magnitudine ostendere.* 166
- CLXV.** *Proportionem motuum omnium stellarum ad Solem considerare.* 167
- CLXVI.** *Proportiones musicas superpartientes in eas, quæ particula una tantum abundant reducere.* 168

Proportiones

T A B V L A P R O P O S I T I O N V M

C L X V I I .	Proportionem musicam ad sapore & odore coaptare.	176
C L X V I I I .	Picturarum proportiones explicare.	179
C L X I X .	Proportionem musicam in instrumentis declarare iuxta compositionis rationem.	182
C L X X .	Coniugationes cuiusvis numeri breuiter inuenire.	185
C L X X I .	Propositis duobus quibuslibet numeris, quotuis alios seu in continuum seu medios in continua proportione arithmeticā, geometricā & musica inuenire.	187
C L X X I I .	Proportiones Stiphelij describere.	191
C L X X I I I .	Circulum super centro suo mouere equaliter, ita quod omnia illius puncta per rectam lineam moueantur ultro citroq;	192
C L X X I I I I .	Progressus & regressus, tam sine latitudine quam cum latitudine in planetis per solos concentricos circulos equaliter motos demonstrare.	194
C L X X V .	Causam uarietatis diametrorum ex suppositis concentricis demonstrare.	195
C L X X V I .	Rationem centri grauitatis declarare.	197
C L X X V I I .	Si proportio aliqua ex duabus proportionibus eiusdem quantitatis ad alias duas componatur, erit proportio illarum duarum eadem proportioni producti ex proportione in primam duarum quantitatum, detracta priora illa quantitate, que ad duas comparatur, ad eandem priorem quantitatem.	198
C L X X V I I I .	Proportionem missionis metallorum, maximè auri & argenti declarare.	199
C L X X I X .	Si duabus totis due portiones similes absindantur ab eiusdem denuo, & abscessis portionibus partes eadem auferantur, denuoq; ac denuo quoties libuerit à portionibus, & à residuis ipsarum quantitatum partes eadem auferantur, erit residui ad residuum, ueluti totius ad totum.	200
C L X X X .	Si aliqua quantitas in duas partes diuidatur, fueritq; alicuius quantitatis ad partes illas composita proportio, non poterit eiusdem quantitatis ad partes alias quantitatis diuisa, aliter proportio eadem componi.	202
C L X X X I .	Cum fuerit aliqua proportio, composita ex proportionibus prime ad secundam & tertiam, & rursus quartae ad quintam & sextam: ita se habebit proportio secundae ad tertiam, ad proportionem quintae ad sextam, uelut producti ex proportione in secundam detracta prima ad primam ad productum ex proportione in quintam, detracta quarta ad quartam.	203
C L X X X I I .	Proposita differentia proportionum partium similium ad partes assumptas, propositaq; proportione totius ad residua eadem, differentiam proportionum totius ad reliquum residui inuenire.	203
C L X X X I I I .	Spacium uitæ naturalis per spacium uitæ fortuitum declarare.	204
C L X X X I I I I .	Quocunq; grauia in uorticibus aquarum, merguntur, in medio uorticis, primum uersa mergantur.	211
C L X X X V .	Cur homo sedens quanto altius sedet, & quanto magis crura ad scœmora, & scœmora ad pectus reclinata habet, facilius consurgat, cum tamen haec operatio modo inuicem se habeant, declarare.	213
C L X X X V I .	Si fuerit proportio prime & secundæ quantitatis ad tertiam, ut prime & quartæ ad quintam, fueritq; quarta secunda maior, erit proportio quartæ ad quintam maior quam secundæ ad tertiam. Quod si fuerit maior quartæ	

DE PROPORTIONIBVS.

quartæ ad quintam quam secundæ ad tertiam, necesse est quartam secundâ esse maiorem. 214

C LXXXVII. Si eisdem viribus & eadem proportione cum auxilio ponderis tertij quartum pondus moueat quibus secundum, auxilio primi necesse est quartum pondus tardius & maiore cum difficultate moueri quam secundum. 214

C LXXXVIII. Si uires aliquæ moueant cum ponderibus aliqua pondera, ut composita proportio sit eadem proportioni virium & duorum ponderum mouentium aggregatum æquale duorum ponderum, ubi maior fuerit partium inæqualitas, ibi erit maior difficultas. 214

C LXXXIX. Si pondus minus ad longitudinem minorem sub æquali proportione coaptetur, facilius deorsum trahetur quam quod maius est & proprius. 215

C XC. Si fuerit primum graue minus secundo, & secundum minus tertio, proportio autem primi ad secundum multo maior quam secundi ad tertium, possibile erit propositis viribus eisdem addere pondus secundo, ut ipsum & tertium mouatur facilius ab eisdem viribus, & primo uel secundo quam antea. 215

C X C I. Cum fuerint duo pondera & uires, duxerisq; aggregatum ex viribus & minore pondere in maius, addiderisq; insuper quantum est productum dimidij virium in se latus aggregati detracendo dimidio virium, dicetur pondus auxiliare æqualis proportionis. 215

C X C II. Si ex medio diametri linea ad perpendicularm erigatur ad circuli peripheriam, ex eo punto autem quolibet linea ducantur seu intus ad circumferentiam usq; seu extra ad diametrum, erit proportio totius linea ad totam uelut mutuo partis ad partem. 217

C X C III. Rationem ponderis triplicem explicare. 218

C X C IIII. Proportionem ponderis longioris in medio suspensi, ad breuius illi æquale & in medio suspensum declarare. 219

C X C V. Si lectus fiat dupla longitudine ad latitudinem, melius sufficietur restibus ex medio ad angulos & eius æquidistantibus quam secundum longitudinem & latitudinem. 220

C X C VI. Si duo circuli super eodem centro eodem motu transferuntur, æquale spacium superant. 221

C X C VII. Cur lanceæ ad locum suum suspensi redeant, impendentes nō, demonstrare. 224

C X C VIII. Cur solidum quod cubus vocatur Pyramide stabilius sit ostendere. 225

C X C IX. Rationem remorum nauim impellentium inuenire. 227

CC. Cur temo cum parvus sit, magnam nauim agere potest, & cur cum uarietas sit in prora, ipse constituantur in puppi. Et cum transuersim ab aqua prematur recta nauim dirigat. 228

CCL. Si due lineæ non secantes circuli peripheriam in unum punctum ex ea coenant exterius, necesse est illas peripheria contenta esse maiores. 229

CCIL. Rationem strepitus ostendere. 232

CCIII. Cur scytalis onera portentur facilius, explorare. 233

CCIII. Cur pluribus trochleis, pondera facilis eleuentur ostendere. 233

CCV. Super uerbis Platonis de fine Republicæ. 234

CCVI. Rhombi passiones quasdam declarare. 235

CCVII. Proportionem agentium naturalium in transmutatione considerare. 238

CCVIII. Mota res à centro gravitatis per priorē motum, in redditu uelocius mouetur quam si quieterit. 238


TABVLA PROPOSITIONVM

- CCIX.
- Si superficies rectangula in duas partes æquales diuisa intelligatur, quæ ambo quadratae sint, itemq; in duas inæquales, erit parallelipedum ex latere medie partis in totam superficiem maius aggregato parallelipedorum ex partibus inæqualibus in latera alterius partis mutuo in eo, quod fit ex differentia lateris minoris partis à media latere in differentiam maioris partis superficie à media superficie bis, & ex differentia amborum laterum inæqualium iunctorum ad ambo latera, æqualia iuncta in minorem partem superficie.* 241
- CCX.
- Si due lineæ ad æquales angulos ab eodem punto peripherie circuli reflectantur, necesse est angulos cum dimetiente factos æquales esse. Vnde manifestum est, protractam diametrum angulum suppositum per æqualia dividere.* 242
- CCXI.
- Si due lineæ ex duobus punctis peripheriam contingentes, in eandem partem protrahantur, semper magis distabunt inuenient ea ex parte, & non quam concurrent.* 243
- CCXII.
- Si ab eodem punto ad circuli peripheriam lineæ quotuis ducantur, tres inuenientur lineas, quæ non in aliud punctum reflectentur.* 244
- CCXIII.
- Proposito circulo, atq; in eius peripheria punto signato, lineas contingentes ultra citraq; & eam ab ipsomet deducere.* 245
- CCXIII L.
- Si extra circulum duo puncta æqualiter à centro distantia signentur, erit punctum reflexionis æqualis in medio arcus intercepti inter lineas, quæ à centro ducuntur ad illa puncta. Si uero unum centro proximius fuerit altero, punctum æqualitatis in peripheria tanq; longius, uersus breuiorem lineam, quantio punctum aliud à centro magis distiterit.* 245
- CCXV.
- Punctum reflexionis punctorum inæqualiter distantium à centro, æqualiter distat à lineis, ductis à centro ad puncta æqualiter distantia alterutrinque.* 246
- CCXVI.
- Si fuerint circuli duo inæquales, & extra utrumque punctum ad illud ex minore reflexè per magnam partem minoris à maiore perueire poterint.* 247
- CCXVII.
- Oculus uidet partem superficie Lune illuminatam à Sole per radios reflexos à Solis corpore: nec tamen potest uidere imaginem ipsius in Luna tanquam in speculo.* 248
- CCXVIII.
- Rationem maculæ Lune indagare.* 248
- CCXIX.
- Rationem eorum quæ apparent circa Solem speculo in aqua posito declarare.* 150
- CCXX.
- Causam cur Sol æstiuis diebus exoriens umbram ad meridiem, cum in meridie ad boream mittat, explorare.* 252
- CCXXI.
- Magnitudo Lune & ceterorum astrorum dignoscitur ex proportione aliorum ad eam iuxta distantiam: ipsius uero iuxta rationem pupillæ ad Lunam distantie ratione.* 354
- CCXXII.
- Quantitates quæ æquales esse non possunt in eodem genere, maius tamen & minus recipiunt, sunt in proportione potestatis.* 255
- CCXXIII.
- Quantitates quæ actu æquales esse non possunt, in nulla proportione actu esse possunt.* 256
- CCXXIII L.
- Neque temporis totius, ut imaginamur, ipsum esse infinitum, neque ævitaturum proportio ulla est ad tempus, quod potestate est, ut potè dicimus.* uel

DE PROPORTIONIBVS.

	uel mensem.	258
CCXXV.	Proportio media non est ex ratione agentis, sed patientis.	255
CCXXVI.	Proportio sublimis non consistit in magnitudine, sed ordine, iuxta quem differuntia est eius quod est ante & post.	257
CCXXVII.	Vite iuxta numerum perfectionum in comparatione ad cogitationem nostram proportionem quandam habent.	259
CCXXVIII.	Proportionem scientie futurorum & ceterorum occultorum considerare.	260
CCXXIX.	Incorpore a omnia unum sunt, neq; numerus est eorum.	261
CCXXX.	Proportio incorporeorum ascendentium semper maior est.	262
CCXXXI.	Tres esse mundos atque inter ipsos nullam esse proportionem: nec numero eos definiri.	263
CCXXXII.	Omnis motus naturalis quanto uelocior est tanto propior est & magis similis quieti.	264
CCXXXIII.	Quod est in mundo incorporeo eternum est, beatum, securum, immutabile secundum locum, solum iuxta essentiam fit: iuxta quod uelut à leui surro aquae & aura aestina demulcetur.	270

F I N I S.



HIERONYMI CAR DANI MEDIO LANENSIS, CL

VI'S Q'VE BONONIENSIS, MEDIC'

de Proportionibus, seu Opes
ris Perfecti

LIBER QVINTVS.

Prima diffinitio.

PROPORTIO ab Euclide sic describitur, Quod sit duarum quantitatum eiusdem generis, quod ad magnitudinem attinet, comparatio certa.

Secunda diffinitio.

Proportiones per similitudinem dicuntur, cum quantitas quantitati comparatur alterius generis, cui singitur æqualis esse potestate.

Velut si ab singulare monas in comparatione $\frac{ab}{ad}$ ad bc erit rectangulum ac æquale lineæ bc .

Tertia diffinitio.

Proportio æqualis proportioni est, cum eodem modo termini se habent inuicem in utraq;

Quarta diffinitio.

Proportiones secundum genus notæ dicuntur, cum nouimus, quod sint maiores, aut minores. Nam cum æquales sunt, simul necessitate est, ut cognoscamus genus, & speciem.

Quinta diffinitio.

Datum positione est: quod necessariò ex positis certam habet quantitatem.

Sexta diffinitio.

Datum simpliciter dicitur, quod ex propositis cognosci potest, quantum sit.

Septima diffinitio.

Proportiones potestate dicuntur, quæ sub comparatione aliarum quantitatū necessariam habentium connexionem solū cognoscunt.

Hæ autem sunt aliquando eiusdem generis, cum primis ut numeri: aliquando alterius, ut linearum & superficierum, angulorum, & arcuum: aliquando eiusdem generis, & diuersarum specierum, ut arcum per sinus, qua utuntur Astronomi.

Octaua diffinitio.

Proportio homonyma dicitur duarum quantitatum diuersi generis, sed alterius a b altero dependentium, uelut motus ad tem-

A pus.

HIERONYMI CARDANI

pus. Dicimus enim motum tardum, uel uelocem in comparatione ad tempus.

Nona diffinitio.

Proportionum aliae dicuntur rhete, aliae alogae; rhetae quae sunt ut numeri ad numerum, alogae quae non sunt numeri ad numerum.

Decima diffinitio

Proportio rhete alia aequalis, alia multiplex, uel submultiplex: alia unius partis excessus, aut defectus, alia plurium, quam super partientem, aut supartientem uocant.

Vndecima diffinitio.

Cum diuiso denominatore per numeratorem exit quantitas aloga, proportio dicitur aloga: si autem numerus integer, aut pars numeri nota dicitur rhete.

Duodecima diffinitio.

Proportionem in proportionem duci est, quoties recto ordine tres quantitates in eisdem collocantur: ut sint tres quantitates a b c dicetur proportio a ad c producta ex proportione a ad b & b ad c , & similiter proportio c ad a producitur ex proportione b ad a , & c ad b .

Tertiadecima diffinitio.

Proportionem per proportionem diuidi est, quoties ad eandem quantitatem duae quantitates comparantur, tunc illarum proportio est, quae prodit una per alteram diuisa.

Sint proportiones a & b ad c & interponatur b inter a & c , dico proportionem a ad c diuisam per proportionem a ad b , & prodire proportionem b ad c , constat ex conuersa præcedentis.

Quartadecima diffinitio.

Additio proportionum intelligitur quotiens duarum quantitatum ad unam tertiam, proportiones per aggregatum ipsarum quantitatum ad eandem coniunguntur.

Velut si comparentur a b & b c ad d , inde tota a b c ad d dicemus proportionem, ac ad d esse coniuncta ex duabus proportionibus a b ad d & b c ad d . Hoc & duo sequentes sicut & duæ antecedentes demonstrabitur esse. nunc solum quomodo intelligendū sit proponimus.

Quintadecima diffinitio.

Detractionem proportionis à proportione intelligimus fieri per detractionē minoris quantitatis à maiore, comparatam ad eandem quantitatem.

Velut in exemplo superiore detracta proportione b c ad d ex proportione

DE PROPORTIONIBVS LIB. V.

proportione a c ad d, relinquetur proportio ab add. & probatur ex conuersione precedentis.

Sextadecima diffinitio.

Extractio radicum alicuius proportionis fit per extractionem radicum quantitatum illius iuxta unam, & eandem rationem.

Velut quadratæ, uel cubæ, uel pronicæ, uel uniuersalis, uel alterius modi.

Decimaseptima diffinitio.

Cum fuerint duæ proportiones similes in tribus terminis continuatae, dicetur proportio primæ quantitatis ad tertiam ueluti primæ ad secundam duplicata. Et si sint tres proportiones similes in quatuor terminis, dicetur proportio primæ quantitatis ad quartam triplicata ei, quæ est primæ ad secundam,

Decimaoctaua diffinitio.

Confusa proportio dicitur simplicis, aut compositæ quantitatis ad compositam in comparatione ad proportiones ad partes.

Decimanona diffinitio.

Quantitates quæ in continua sunt, proportione Analogæ uocant.

Dictum est hoc ad fugiendum nomen barbarum, etiam ut breuiter tamen possemus sententiam explicare.

Vigesima diffinitio.

Reflexa proportio dicitur cum trium quantitatum aggregatum primæ, & tertiae se habet ad secundam uelut secunda ad tertiam,

Vigesima prima diffinitio.

Trium quantitatum analogarum aliæ quidem Geometricæ, cum proportio similis est: Aliæ Arithmeticæ, cum fuerit æqualis excessus hucinde: Aliæ musicæ cum fuerit proportio primæ ad tertiam multiplex, aut simplex, aut composita excessus quæ simplici iuncta sit ad multiplicis perfectionem: eadem autem sit proportio excessus primæ, & secundæ ad excessum secundæ supra tertiam.

Velut proportio 6.4.3 dupla est utrinq; & 6.3.2 tripla. & 28.24. 21. & 45.40.36. Geometrica uero & arithmeticæ facilius continuantur in quotquot quantitatibus, sed & musica uelut 12. 8.6. 4.3. & proportio 8 ad 5 musica est: quia proportio 5 ad 4 musica est, & bene sonans, igitur constitutis 8.5.4. cum 8 ad 4 bene sonet, & 5 ad 4, & 4 sit extrema non media inde 8. & 5 bene sonat, nam in medijs non est uerū, ut in 9.6.4 bis diapente, & 16. 12. 9 bis diatessaron.

Vigesima secunda diffinitio.

Quantitates quæ similem habent proportionem non continuatam, omiologæ appellantur.

Vigesima tertiæ diffinitio.

Prima operatione consistere dicuntur proportiones, cum inter primo conflatas quantitates constiterint.

HIERONYMI CARDANI.

PRIMA Animi communis sententia.

O MNIS Proportio est, aut æqualitatis , aut maior inæqualis ,
aut minor.

Secunda animi communis sententia.¹


Quilibet numerus tantus dicitur, quanta est illius proportio ad monadem.

Dicimus enim quatuor, quod monadem quater contineat. Et duo cum dimidio cùm monadem bis & semis contineat.

Tertia animi communis sententia.

Proportionem defectus, seu detractæ quantitatis ad defectum esse posse, ut quantitatis ad quantitatem dicuntur communes ani- mi sententiæ, quæ ex intellectu solo terminorum, quod ueræ sint, cognoscuntur. Si ergo defectus est quantitas, & quantitas eiusdem speciei, quia detrahitur. & defectus non est simplicitur, sed detrac- tio ergo per quartam petitionem: uel primam diffinitionem erit proportio inter illas. Sunt enim ambæ detractæ.

Quarta animi communis sententia.

Inter quantitatem, & defectum minorem quantitate, cuius est de- fectus, est proportio, quatenus est quantitas. Sit a b linea, & detra- cta quantitas b c, non maior a b & d sit alia quævis quantitas eius- dē generis, dico quod inter d & b c est propor- tio quatenus b c est quantitas, quia sunt eius- dem generis ideo sunt in aliqua proportione per primam diffinitionem. Sed ut b c est defectus, nulla est propor- tio: quia quanto b c augetur, tanto augetur proportio d ad b c, & hoc est contra demonstrata ab Euclide.

Quinta animi communis sententia.

Cum proportio producitur ex proportionibus quælibet illarum dicetur producta diuisa per alteram.

Sexta animi communis sententia.

Æquium quantitatum seu proportionum ad tertiam compa- rabilium eadem est proportio atq; uicissim . Hæc etsi demonstre- tur ab Euclide, est tamen hic generalior: & satis per se nota. Ut sit propior animi communis sententiæ, quam rei demonstrandæ.

Septima animi communis sententia.

Ad quod quantitas proportionem habet infinitam, id in genere illius quantitatis non comprehenditur.

Nam proportio est duarum quantitatum eiusdem generis com- paratio certa: at hæc comparatio certa non est: non igitur quantita- tes ambæ sunt, aut non eiusdem generis.

DE PROPORTIONIBVS LIB. V.

5

PRIMA Petitio.

Si fuerit primi ad secundum, ut tertij ad quartum, & ex primo in secundum producatur æquale, aut maius, aut minus primo, uel secundo, producetur eodem modo ex tertio in quartum æquale aut maius, aut minus tertio, uel quarto eadem ratione & ordine,

Secunda petitio.

Proportiones possunt duci, diuidi, iungi, & auferri, & sumi radix in eis cuiuscunque generis, atque earum quantitatis; ut libet, posse transponere.

Tertia petitio.

Proportionis cuiusvis nomen à denominatore suprà scripto, & numeratore infrà scripto sumitur.

Quarta petitio.

Diuisa quavis quantitate per aliam eiusdem generis, quod exit proportio dicitur.

Quinta petitio.

Quilibet proportio est uel inter duas quantitates, uel per unam significatur.

Nam per tertiam petitionem si sint duæ quantitates, quæ non ha-
beant unius rationem, nomen sumit proportio à duobus numeris,
sin autem sit altera monas, erit per secundam animi communem sen-
tentiam, proportio numerus ipse. Ideò patet, quod dicitur.

Sexta petitio.

Proposita proportione quacunq; & monade quantitatem inue-
nire, quæ se habeat ad monadem in proportione proposita.

Nam cùm per quartam petitionem diuisa quantitate per quan-
titatem exeat proportio, & numerus ad monadē se habeat, ut pro-
portio, ideo sumpta monade secundum illum numerum, ille num-
erus est quantitas quæ sita.

Septima petitio.

Quamlibet quantitatem per aliam eiusdem generis diuidere
posse.

Octaua petitio.

Proportionem in proportionem ducere posse: quamvis sint in-
ter quantitates diuersi generis.

Quod dicitur de multiplicatione intelligendum est de alijs ope-
rationibus suprà enumeratis.

Nona petitio.

Monadem semper sumere in quocunque genere posse proposi-
ta proportione.

HIERONYMI CARDANI

Nam licet diuidere per septimam petitionem quantitatem per quantitatem proportionis: & quod exit, est proportio per quartam petitionem, & per secundam animi communem sententiam illa proportio est numero æqualis; ergo diuisa proportione, per similem numerum statuetur monas.

Decima petitio.

Duodecima
sexti Elem. In quois genere quantitatum sumere posse quantitatem, quæ se habeat ad monadem in proportione data. Similem huic proponit Euclides in lineis generaliter; nos autem contrà generaliter in omnibus quantitatibus, sed de monade tantum.

Vndeclima petitio.

Monadem in quancunq; quantitatem ductam æquale ipsi producere. Similiter & proportionem æqualem.

Nam cum aliqua quantitas augeat ducta aliqua minuat, necesse est aliquam esse, quæ nec augeat, nec minuat, & hæc est monas. Idem dico de diuisione. Aequalitas etiam ducta, uel diuidens non mutat proportionem: nec quantitatem ipsam, igitur monas æquabilitatem refert. Quod etiam est perspicuum ex supradictis.
Secunda ani
mi cōmuni
sententia.

Duodecima petitio.

Cum fuerint quatuor quantitates & ad primam, & tertiam æquæ multiplicibus assumptis, item q; ad secundam & quartam, & si multiplex primæ maius est multiplici secundæ, multiplex tertiae sit maius multiplici quartæ, & si minus minus, & si æquale æquale, idq; semper quois modo assumptis his proportionibus ad primam & tertiam, & ad secundam & quartam erit proportio primæ ad secundam, ut tertiae ad quartam. Hæc etiam assumitur ab Euclide. Et per hanc intelligimus etiam conuersam.

Tertiadecima petitio.

Quinto Ele.
diff. 6. Quantitates æqualés, atque proportiones in quasvis quantitatibus ductæ eandem seruant rationem. Euclides hanc demonstrat, nos autem ad uitandum tedium petimus concedi, sub qua includuntur diuisione etiam additio, detractio, laterum omnium inuentio.

Quartadecima petitio.

Cùm termini alicuius quantitatis eandem seruant rationem in omnibus, & firmi sunt ac stabiles eiusdem rationis comparatione contentæ partes æqualem seruant excessum, seu proportionem.

PROPOSITIO prima.

Proportionem in proportionem duci est superiores numeros atque inferiores inuicem ducere.


Sit

DE PROPORTIONIBVS LIB. V.

7

Sit proportio lineæ a ad lineam b, ut anguli c ad angulum d, statuatur e monas in genere a b, & fiat f ad e, ut c ad d, & du-
catur a in f & b in e, & pro-
ducantur g & h. Quia ergo
est proportio ipsa, erit g ad
a ut c ad d, sed h est æqualis
b, igitur a ad h ut ad b. Du-
cta ergo dicetur proportio a
ad b in proportionem c ad d

ducendo terminos proportionis, seu quantitatis recta scilicet su-
periores cum superioribus, & inferiores cum inferioribus. Nam si per 11. Pet.
rursum constuantur f ad e ut a ad b cum f sit proportio, & k ad f ut
c ad d, erit k ad e, ut g ad h, k autem fit ex ductu proportionis a ad b,
quæ est fin proportionem c ad d, liquet igitur propositum.



Per 2. Ani-
mis sentent.

Propositio secunda.

Proportio extremitatum producitur ex intermedijs.

Sint a b c quantitates dico propor-
tione a ad b & b ad c, produci ex proportione a ad b
& b ad c, statuantur totidem à monade d e
f, eruntque ex demonstrantibus ab Euclide in
quinto Elementorum in eadem propor-
tione, statuatur ergo d prima quantitas e se-
cunda & tertia f quarta. eritque per præce-
dentem proportio productorum ex d in e
& sit g, & in f & sit h, producta ex propor-
tionibus d ad e & e ad f, quare ex propor-
tionibus a ad b & b ad c, sed ex dictis cum
e sit eadem, erit proportio d ad f ut g ad h & proportio, d ad f per
æquam proportionem ab Euclide demonstratam, ut a ad c, igitur
proportio a ad c producitur ex proportionibus a ad b & b ad c, &
est proportio ipsa a ad c d numerus, ut ostensum est.

Ex hoc sequitur, quod cùm fuerit quantitas tertia monas ex pro- Cor. 2.
portionibus iniucem ductis producetur prima quantitas.

Ex hoc sequitur, quod conuersa proportio producitur ex con- Cor. 3.
uersis proportionibus.

Propositio tertia.

Si proportio ex duabus proportionibus in quatuor terminis
producatur, ipsa uero proportio inter duas alias quantitates fue-

A 4 rit

rit constituta: consurgent trecenti sexaginta modi productionis proportionis.

Corm. Hęc propositio ut præcedens & sequētes tres ab Alchindo sumptae sunt, & ab eo demonstrantur. Sit ergo proportio a ad b , producta ex proportione c ad d & e ad f , constat quod cum sint sex quantitates, quod fieri poterunt quindecim coniugationes, quas posui a latere facilitatis gratia, quibus respondent totidem conuersæ: erunt ergo triginta. Singulæ autem harum produci possunt duodecim modis: ductis duodecim in triginta, fiunt trecenti sexaginta modi. Ethoc est clarum per se, modo demostremus, quod singuli horum modorum possint produci duodecim modis, & capiamus a b primam quemque potest produci ex c d & e f: Item ambabus conuersis d c & f e: & rursus altera recta altera conuersa: & hoc bisfariam c d & f e, & d c & e f, sunt ergo iam quatuor modi. Totidem ex c e & d f, totidem ex c f & d e, igitur erunt duodecim modi, quibus produci posse intelligitur proportio a ad b .

Propositio quarta.

Si fuerit proportio primi ad secundum producta ex proportionibus tertij ad quartum, & quinti ad sextum, producetur etiam ex proportione tertij ad sextum, & quinti ad quartum.

Sit proportio a b producta ex proportionibus c ad d , & e ad f , dico quod etiam erit produc-

Per 8. petit. producta ex proportionibus c ad f , & e ad d , disponan-

ut 13. petit. tur ut in figura fiat ex c in e g, & ex d in f h, ergo

per primam harum g ad h ut a ad b , sed per præ-

supposita in secunda productione etiam prode-

unt g & h , igitur per primam propositionem ha-

rum a ad b proportio productur ex proportionibus c ad f tertiaræ

scilicet ad sextam, & e ad d quintam ad quartam, quod fuit propositū.

Propositio quinta.

Si fuerit proportio primi ad secundum producta ex proportione tertij ad quartum, & quinta ad sextum: erit proportio tertij ad sextum producta ex proportionibus primi ad secundum, & quarti ad quintum.

Sit

a	b
c	d
e	f
a b	b a
a c	c a
a d	d a
a e	e a
a f	f a
b c	c b
b d	d b
b e	e b
b f	f b
c d	d c
c e	e c
c f	f c
d e	e d
d f	f d
e f	f e

direc. conuer.

a	b
c	e
d	f
c	e
f	d

g

DE PROPORTIONIBVS LIB. V.

Sit proportio a ad b producta ex proportionibus c ad d, & e ad f, dico quod proportio c ad f producitur ex proportione a ad b, & d ad e. Interponam d e inter c & f, erit^q ex secunda propositione repetita proportio c ad f producta ex tribus proportionibus c ad d, d ad e, e ad f, sed proportiones c ad d, & e ad f producunt proportionem a ad b, igitur proportio c ad f producitur ex proportionibus a ad b, & e ad f.

Propositio sexta.

Ex trecentis sexaginta modis producendorum proportionum triginta sex tantum esse necessarios.

Per quartam enim proportio a ad b producitur bifariam, & ex c ad d, & e ad f, & ex c ad f, & e ad d. & per præcedentem c ad f producitur ex a ad b, & d ad e, & per quartam rursus ex a ad e, & d ad b. Et per præcedentem rursus a ad e ex c ad f & b ad d, igitur per quartam eadem producetur ex c ad d & b ad f. Quare per præcedentem c ad f ex a ad e, & d ad b, & ita disponemus hos modos in tabula. Vides etiam aliquos modos non produci, ut primi ad quartum nec ad sextum, & liquet, quod cum sint quindecim omnes modi qui produci posse intelliguntur, & nouem tantum producuntur sex esse, qui non producuntur, quos seorsum in tabula coniunxi. Et constat etiam, quod totidem conuersi scilicet decem octo producuntur, de quibus diximus, ut sint omnes triginta sex, qui constat ex duabus propositionibus præmissis, & hac tertia, quam adiungemus scilicet, quod proportio primi ad tertium producatur ex proportionibus secundi ad quartum, & quinti ad sextum. Hoc enim ex præcedentibus non liquet: benè liquet permutatis ordinibus, quod si proportio primi ad tertium producitur,

<u>a</u>	<u>b</u>
<u>e</u>	<u>e</u>
<u>d</u>	<u>f</u>
<u>c</u>	
<u>d</u>	
<u>e</u>	
<u>f</u>	

<u>c</u>	<u>f</u>
<u>a</u>	<u>d</u>
<u>b</u>	<u>e</u>

- Primi ad secundum:
1 tertij ad quartum, & quinti ad sextum.
2 tertij ad sextum, & quinti ad quartum.
Primi ad tertium:
3 secundi ad quartum, & quinti ad sextum.
4 secundi ad sextum, & quinti ad quartum.
Primi ad quintum:
5 secundi ad sextum, & tertij ad quartum.
6 secundi ad quartum, & tertij ad sextum.
Secundi ad quartum:
7 primi ad tertium, & sexti ad quintum.
quod


HIERONYMI CARDANI

quod etiam propor- tio primi ad quintū. Nam tertium, & quin- tum, itemque quartum, & sextum non diffe- runt nisi ordine uolun- tario. Ergo interposi- to e inter a, & c per se- cundam propositio- nem proportio a ad c producitur ex proportionibus a ad e, & e ad c, ut ex demonstratis in præ- senti proportio a ad c producitur ex c ad f & b ad d. Proportio ergo a ad c producitur ex proportionibus e ad c & c ad f & b ad d, at e ad c & c ad f producunt eam, quae est e ad f per secundam propositionem. Igitur pro- portio a ad c producitur ex propor- tionibus b ad d secundi ad quartum, & e ad f quinti ad sextum. Hæc Al- chindus in suo libello: sed licet inge- niosa ualde: parum tamē utilia olim erāt necessaria ad intelligendum ma- gnam cōpositionem Ptolemgi, nunc postquam Heber has sex quantita- tes traduxit ad quatuor, prorsus hæc scientia illi usui esse desirat.	Modi qui nō producuntur	8	primi ad quintum, et sex ti ad tertium.
	pri. ad quartū	9	Secundi ad sextum.
	pri. ad sextum	10	primi ad quintū, & quar- ti ad tertium.
	sec. ad tertii	11	tertii ad quartum.
	sec. ad quintū	12	primi ad secundum, & sex ti ad secundum.
	tert. ad quint.	13	Tertii ad sextum.
	quart. ad sext.	14	primi ad secundum, & quarti ad quintum.
		15	secundi ad primum, & tertii ad sextum.
		16	secundi ad sextum, & ter- tii ad primum.
		17	Quinti ad sextum.
		18	primi ad tertii, & quar- ti ad secundum.

Propositio septimā.

In modis qui necessariò produ-
cuntur ex duabus proportionibus,
cum due quantitates ex illis, que mo-
dos conficiunt, æquales fuerint: pro-
portio producta ad quatuor quanti-
tates omiologas reducetur.

Cor. Sint sex quantitates ab cd ef, &
producatur pportio a ad b ex pro-
portione c ad d, & e ad f, tu scis, quod
modi recepti sunt prima cum secunda, tertia uel quinta, & secunda
cum quarta, & sexta, & tertia similiter cum eisdem, & quinta eodem
modo cum eisdem: si igitur due quantitates ex his, que faciunt pro-
portionem



DE PROPORTIONIBVS LIB. V.


portionem productam inter se fuerint æquales reducetur hæc proportio ad quatuor quantitates omologas, scilicet abiectis ambabus æqualibus. Sit gratia exempli prima æqualis quintæ: & quia in octavo modo proportio secundi ad quartum producitur ex proportione primi ad quintum, & sexti ad tertium, ergo per exposita proportio secundi ad quartum, ut sexti ad tertium, & ita permutando, & conuertendo secundi ad sextum, ut quarti ad tertium, & tertii ad quartum, ut sexti ad secundum.

Vnde
decimæ
petitione.

Propositio octaua.

Si duarum proportioniū superiores numeri alternatim cum inferioribus multiplicentur, atq; coniungantur: erit proportio aggregati ad productum ex inferioribus inuicem proportio ex primis proportionibus composita.

Sit proportio una a ad b, alia c ad d, ducatur b in c, fiat e & a in d, & fiat f, iungantur e & f & fiat h, & ducatur b in d et fiat g: dico proportionē h g compositam esse ex proportione a ad b, & c add. Quia enim ex b in c fit e, & ex b in d fit g, erit proportio e ad g, ut c ad d, & similiter, quia ex d in a fit f, & ex d in b fit g, erit f ad g ut a ad b. Sed e & f componunt h, igitur proportio h ad g est composita ex proportionibus e & f ad g, igitur per communem animi sententiam, & diffinitionem compositæ proportionis, proportio h ad g composita est ex proportionibus a ad b, & c add, quod est propositum.



Propositio nona.

Si duarum proportionum superiores numeri alternatim cum inferioribus multiplicentur, minusq; productum ex maiore detrahatur, erit residui ad productum ex inferioribus proportio uelut illa, quæ relinquitur detracta minore proportione ex maiore.

Hæc eodem modo probatur, ut præcedens, nisi quod h sit de tracto è minore: gratia exempli ex f, & ita ex diffinitione patet positum.

Propositio decima.

Si fuerit alicuius quantitatis ad unam partem proportio uelut alterius partis ad secundam quantitatatem erit proportio cuiusvis quantitatis eiusdem generis ad secundam composita proportio ex proportionibus eiusdem quantitatis assumptæ ad utrancq; partem pri- mæ quantitatis seorsum.

Sit a b quantitas diuisa in c, & sicut a b ad a c, a c b Corm.
ita b c ad d: eritq; iterum permuto ab ad b c, e d
uta c ad d, & sumatur quædam quantitas e eiusdem

HIERONYMI CARDANI

dem tamen generis, cum illis dico quod proportio e ad d est composita ex proportionibus e ad a c, & e ad b c. Posita ergo e tanquam superiore numero, & a c & c b inferioribus, erit ex octaua propositione huius proportio productorum ex e in a c, & coniunctorum, & ex consequenti per primam secundi Elementorum producti ex e in a b ad productum ex a c in c b composita ex proportionibus e ad a c, & e ad c b: at quod fit ex a c in c b, est æquale ei quod fit ex a b in d, eo quod a b, a c, c b & d sunt omniologæ per decimam sextam sexti Elementorum: Proportio igitur producti ex e in a b ad productum ex d in a b est composita ex proportionibus e ad a c, & e ad eb: At proportione producti ex e in a b ad productum ex d in a b, est uelut e 13. Petit. ad d. per supposita igitur proportio e ad d est composita ex proportionibus e ad a c, & e ad b c, quod fuit demonstrandum.

Propositio undecima.

Proportio aggregati quarumlibet duarum quantitatum ad aggregatum duarum æqualium quantitatum est composita ex proportionibus primis, & diuisa per duplam.

Corm. Sit proportio a ad c, & b ad d, & sint c & d æquales, dico quod proportio ab ad cd est composita ex proportionibus a ad c, & b ad d diuisa composto per duplam.

Ex sexta Anim. Quia enim *com. sententia.* c & d sunt æquales, erit b ad c, ut b ad d, quare ex diffinitione cum proportio ab ad cd

Decimaquarta sit composita ex proportionibus a ad c, & b ad c, erit etiam composita ex dictis ex propositione a ad c, & b ad d,

13. Petit. statuatur ergo e æqualis cd media inter ab & c. Et erit per secundam propositionem proportio aggregati ab ad c producta ex

Per 2. Petit. proportione aggregati ab ad c, & e ad c, igitur proportio ab ad e erit proportio ab ad c, diuisa per proportionem e ad c, sed e ad c est

Per quintam Anim. com. sen tentiam. dupla: igitur proportio ab ad cd est proportio ab ad c diuisa per duplam.

Propositio duodecima.


Propositis duabus proportionibus unam alteri iungere absque multiplicatione.

Corm. Sint propositæ proportiones a ad c &

10. Petit. b ad d, & assumo e ad c, iuxta ea quæ Euclides demonstrauit, ut b ad d, erit igitur

Ex generali com. Anim. sen gentia. proportio a e ad c, composita ex proportionibus a ad c, & e ad c, sed proportio e ad c est, ut b ad d, igitur proportio a e ad c composita est ex proportionibus a ad c, & b ad d.

Alioquin ex b in c fiat f ex a in d, g ex c in d h coniunctum ex fg, k. Quia



DE PROPORTIONIBVS LIB. V.

13

Quia ergo ex c in b fit f, ex c in d h, erit f ad h,
ut b ad d, igitur ut e ad c, sed a ad c, ut g ad h igitur
a e ad c, ut k ad h, sed k ad h componitur ex proportionibus a ad c, & b ad d. Ex octaua harum igitur proportio a c ad c composita est ex eisdem. Forsan quis dicat hanc eandem esse octauae sed non est, in illa enim proportio comparatur ad productum, in hac ad unam ex quantitatibus.

Ex hoc sequitur quod: Quaelibet duæ quantitates quarum aggregatum est idem ad eam quantitatem, componunt eandem proportionem.

Propositio tertiadecima.

Proportio confusa aggregati primæ & tertiae quatuor quantitatium omiologarum ad aggregatum secundæ & quartæ, est uelut composta ex eisdem diuisa per duplam.

Sint a ad b, ut c ad d, dico, quod erit confusa $\frac{a}{b} : \frac{c}{d}$ Cor. 18.
proportio a c aggregati ad aggregatum b d, compositæ ex his proportionibus diuisæ per duplam æqualis. Erit enim aggregati ex a c ad aggregatum ex b d, uelut a ad b per 18 quinti Elementorum. Sed proportiones a ad b, & c ad d componunt proportionem producti a in d, & c in b per octauam harum, ad productum ex b in d, productum uero ex a in d est æquale producto ex b in c per decimam sextam sexti Elementorum, & proportio producti ex b in c ad productum ex b in d est uelut c ad d, quare ut aggregati a c ad aggregatum b d, igitur proportio composita ex a ad b, & c ad d, est uelut confusa bis sumpta. Igitur confusa est uelut composta diuisa per duplam per modum una decimæ huius.

Propositio quartadecima.

Proportiones confusæ, & coniunctæ in tribus quantitatibus in vicem commutantur.

Sint tres quantitates, dico, quod proportio c ad a b confusa est, conuersa coniunctæ a & b ad c. Nam per dicta proportio ab ad c efficit coniunctam ex a b ad c; sed c ad a b conuersa est eius, quæ est a b ad c, & proportio c ad a b est confusa eius, quæ est c ad a & b. Igitur proportio confusa in tribus quantitatibus est contraria coniunctæ in eisdem.

Ex qua uis ergo illarum data, data erit & reliqua.

f g

Per 13. Pet.

h k

$\frac{a}{b} : \frac{c}{d}$

Cor.

$\frac{a}{b} : \frac{c}{d}$

$\frac{a}{$

HIERONYMI CARDANI

Propositio quindecima.

Si fuerint quatuor quantitas proportionis confusa aggregati primæ & tertiaræ ad aggregatum secundæ, & quartæ erit ut monadis addito prouentu, qui sit diuisa differentia differentiarum primæ & secundæ, atq; quartæ & tertiaræ per aggregatum tertiaræ, & quartæ ad ipsam monadem.

Cor. Sint quatuor quantitates a, b, c, d, e, f , & d $\frac{a}{b}$ $\frac{h}{k}$ $\frac{b}{h}$ sit a, b maior c in a, h , & e, f maior d in f, g , & d $\frac{g}{f}$ $\frac{c}{f}$ differentia f, g & a, h sit a, k : dico proportionem a, b $\frac{e}{f}$ $\frac{g}{f}$ $\frac{c}{f}$ nūm a, b , & d confusam ad c & e, f , esse ut monadis addito prouentu, uel detracto a, k diuisæ per aggregatum c & e, f ad ipsam monadem, & manifestum est, quod potest contingere pluribus modis: Primus ut a, b sit maior c & e, f minor d , & tunc differentiæ coniungentur, & prouentus, addetur monadi. Idem faciendum erit si a, b sit maior c , & e, f sit minor d , sed excessus superet defectum. At si uel a, b sit minor c , & e, f maior d , uel ita minor, ut c excessus supra b a sit maior defectu, detrahemus prouentum à monade. Alia cautio est quod si fuerint utrinque excessus, aut defectus, minuemus minorem de maiore: si autem unus sit excessus alter defectus, iungemus illos, & post diuidemus. uno ergo demonstrato ut pote primo intelligentur reliqui. Quia ergo b, h est æqualis c & e, g æqualis d & h, k æqualis g, f , erit ex communi animi sententia aggregatum ex d & k, b æquale aggregato ex c & e, f , igitur per dicta proporciones aggregati ad aggregatum est unum. at uero diuisa k, a per c & e, f sit quantum diuisa eadem per b, k , & d , sed diuisa k, a per b, k , & d iunctas, exit proportio a, k ad aggregatum b, k & d ; igitur diuisa a, k per aggregatum e, f & c , exhibet eadem proportio, igitur a, b & d ad aggregatum c & e, f est coniuncta ex monade & proportione a, k ad aggregatum c & e, f , quod erat demonstrandum.

Cor. Ex hoc patet quod proportionum confusio fit iunctis denominatoribus numeratoriis: multiplicatio multiplicatis: additio multiplicatis decussatim in numeratores ad productum ex denominatoribus, ut in exemplis.


Propositio sextadecima.

Omnium quatuor quantitatuum proposita prima, quæ non minorem habet proportionem ad suam correspondentem, quam alia ad aliam erit proportio confusa illarum, ut producti ex aggregato primæ & tertiaræ in certiam,

Confusio
$\frac{7}{2} \frac{5}{8} \frac{12}{10}$
Multiplicatio

$\frac{7-5}{2-8} \frac{35}{16}$

Additio
$\frac{7 \times 5}{2 \times 8} \frac{66}{16}$



DE PROPORTIONIBVS LIB. V.

15

tertiam ad productum ex aggregato tertiae & omniotatae ad secundam in ipsam quartam.

Hæc magis reducit confusam proportionem ad notitiam, quam præcedens, quia reducit ad proportionem productam, que operatio est simplicissima, siue per multiplicationem quantitatum fiat, duæ sunt tantum multiplicationes, siue per eundem terminum sufficit aliud addere. Summatur ergo ab, c, d & e, & non sit maior proportio d ad e, quam ab ad c, & statuatur tunc prima ab, secunda c, tercia d, quarta e, & postquam non est minor ratio ab ad c, quam d ad e, sumatur af ad c, ut d ad e. licet enim hoc facere. Dico quod proportio confusa ab & d ad c & e est uelut producti ex aggregato ab & d in d ad productum ex aggregato af & d in e. Statuatur aggregatum ab & d linea ad prima quantitas, & aggregatum af & d, ad secunda quantitas, & d tertia,  & c quarta, & ex ab in d fiat g, ex ad in e fiat h, erit ergo per primam propositionem g ad h producta ex proportionibus ab d ad af d, & d ad e. Sed proportio af d ad aggregatum ce, est uelut d ad e. Proportio uero ab d ad af d, & af d ad e producunt proportionem ab d ad c & e per secundam propositionem, harum igitur confusa ab ad c, & d ad e, & est proportio ab d ad c & e, producuntur ex proportionibus ab d ad af d, & d ad e. Ergo proportio g ad h est confusa ex ab ad c, & d ad e, quod erat demonstrandum.

Propositio decimaseptima.

Omnis duæ proportiones conuersæ producunt æqualem proportionem.

Sint duæ proportiones a ad b & b ad a conuersæ, dico, quod producunt proportionem æqualem. fiat enim b ad c, ut b ad a, erit igitur a æqualis c & b c conuersa eius quæ est a ad b, sed per secundam harum proportiones a ad b, & b ad c producunt proportionem a ad c, igitur proportiones etiam a ad b & b ad c producunt eandem.

Propositio decimaloctaua.

Si fuerint quotlibet quantitates in continua proportionem multiplex præter ultimam: proportio uero penultimæ ad ultimam qualis residui primæ ad secundam, erit primæ ad aggregatum reliquarum uelut penultimæ ad ultimam.

$$\begin{array}{r} a \\ \hline b \\ \hline c \end{array}$$

Per s. Anni
mi communē
sententiam:

B' 2 Sint

Corm. Sint quantitates $a b c d$ in continua proportione multiplici, sed $d ad e$ sit uelut residui $a \& b$ ad b , dico proportionem a ad $b c d e$ esse ut d ad e . Quia enim est gnomonis e ad quadratum d , ut d ad e ex supposito erit per coniunctam proportionem $c \& d$ ad $d \& e$, us
18. Propos. d ad e , sed e gnomo cum quadrato d efficit quadratum e , igitur ut c quadrati ad $d \& e$ iuncta, ita d ad e . Rursus, quia b quadrati ad c quadratum,
Per 19. quin ut c ad d erit gnomonis b ad quadratum c , ut b gnomonis c ad quadratum d , & ita d ad e , igitur
ti Elem. gnomonum $b c$ cum quadrato d ad aggregatum $c d e$ quadratorum, ut d ad e , sed e gnomo cum d quadrato perficit e quadratum, & c quadratum cum gnomone b perficit quadratum b , igitur proportio quadrati b ad quadrata $c d e$, ut d quadrati $a d e$. Et ita repetendo de quotuis quantitatibus in infinitum usq. Hæc proponitur ab Archimedæ in libro de quadrato æquali parabolæ, & minus generaliter & pluribus demonstratur. Ego tamen quia est generalis, describam illam per corrolarium: addamq; aliud quod ex hoc sequitur.

Corm. 1. Si fuerint quotlibet quantitates omnes analogæ præter ultimam, sit autem penultima ad ultimam qualis residui primæ & secundæ ad secundam, erit proportio primæ ad aggregatum omnium alias veluti penultimæ ad ultimam.


Corm. Hæc enim est euïdens, quia conuenit ei demonstratio proposita. exemplò autem in numeris à latere posito uides declarationem. nam proportio 16 ad 32 est uelut 27 residui primæ & secundæ ad ipsam secundam scilicet ad 54.

81	54	34	24	16	32
27	54		81	162	

Corm. 2. Ex hoc patet etiam quod assumptis omnibus, sub multiplicibus analogiæ usque in infinitum prima quantitas est multiplex aggregati omnium reliquarum numero 1 m: quo prima est multiplex secundæ.

Corm. 3. Si fuerint quotlibet quantitates in super particulari proportione analogæ, erit proportio primæ ad aggregatum omnium in infinitum iuxta proportionem multiplicem conuersam illius partis.

Corm. Velut collectæ in sesquialtera duplæ in sexquitertia triplæ in sexquisexta septuplæ. Ut capio 512 448 392 343, & ita deinceps usque in infinitum aggregatum omnium earum erit 3584. Septupla



c gnom.	d quad.
d quad.	e
b gnomo e quad.	
c gnomo d quad.	
d quad.	e quad.

plum 512, & aggregatum 18.12.8.5 $\frac{1}{2}$, & ita deinceps in sexquialtera erit 54 duplum 27 primæ in eo ordine.

S C H O L I V M.

Ex quo patet genus demonstrandi nouum & pulchrum: nam supponatur 54, aggregatum duplum 27, primæ igitur addito 27 ad 54, cum sit dimidium, & addito 13 $\frac{1}{2}$, dimidiò 27 ad 27, nam ex supposito quantitas sequens est sexquialtera ad 27, igitur 81 est duplum ad 40 $\frac{1}{2}$. Igitur conuertendo est proportio aggregati prioris Per 18. quin
ti Elem. ad 27 est dupla, ergo aggregatum est 54.


Ex hoc patet eandem generaliter quod proportio maioris quantitatis ad aggregatum reliquarum analogarum est, uelut eius quod prouenit diuiso quadrato maioris termini per differentiam eius, & sequentis maioris in eadem proportione ad ipsum maiorem.

Exemplum sit proportio augens 25 & 35 duarum quintarum, uero Com. lo scire quantum sit aggregatum omnium citra 25, maximam accipio 35, ulteriore ad 25, cuius differentia a 25 est 10, cum quo diuideo 625 quadratum, exit 62 $\frac{1}{2}$ aggregatum quantitatum. Et facile potest demonstrari. Si quis dicat in qua proportione sunt infinitæ Questio. quantitates analogæ cum 12, quæ iunctæ efficiunt 10, iunge 10 cum 12 fit 22, duc 22 in 12 fit 264, diuide 264 per 10, exit 26 $\frac{2}{3}$, & in ea proportione erunt illæ quantitates, in qua sunt 26 $\frac{2}{3}$ ad 12: duc per 5 fiunt 60, & 132 diuide per 12, exeunt 11 & 5, & ita erunt in proportione 11 ad 5 experiaris, & inuenies, & demonstratur ex prioribus.

Propositio decimanova.

Si fuerint aliquot quantitates arithmeticæ omiologæ, quarum excessus sit æqualis minimè, omnibus autem deficientibus supplementa ad equalitatem maximè adiungantur, erunt quadrata omnium quantitatum æqualium adiecto rursus quadrato primæ cum eo quod sit ex minima primi ordinis in aggregatu omnium quantitatuum eiusdem tripla aggregato quadratorum omnium quantitatuum primi ordinis pariter acceptis.

Sint aliquot quantitates ab cd ef gh in continua proportione. Arithmeticæ dispositæ ita ut minima earum que sit h, sit æqualis differentiæ quantitatum secundū ordinem dispositarum, uelut differentia a & b, & b & c, & c & d, et ita de alijs, addantur autem supplementa singulis harum, quæ sint ik lm no p, ita ut oesiant æquales cum suis supplementis ipsi lineæ a maiori. Estq; idē ac si essent aliquot quanti-



tates, & diuiderent singulē secundū numerum illarū, si quatuor in quatuor partes æquales, si quinq̄ in quinq̄, si decem in decem, ea ratione ut ultima diuidere, ubi est finis primæ partis, penultima ubi est finis secundæ partis, antepenultima ubi est finis tertiae, & sic de alijs. Vocabo ergo primas quātitates ppositas ab cd e fg h quantitates primi ordinis, sed quantitates æquales quæ constat ex quantitatib. primi ordinis, & supplementis, appellabo quantitates secundi ordinis: ex quo patet quod prima quātitas erit ex utroq; ordine, quia non est diuisa, reliquæ omnes differunt, quantitates uero quas adiunxi nominabo supplementa, & sunt una minus quā quantitates ordinum: ut si quātitates ordinum sint octo, erunt supplementa septem, & si quantitates ordinū essent septem essent supplementa sex, quia inter supplementa nō adnumerantur quantitas indiuisa. Erunt ergo supplementa i k l m n o p, quæ tanto erunt maiora quanto quantitates primi ordinis sunt minores, & contrà tanto maiora, quanto quātitates primi ordinis sunt maiores. quantitates autē secundi ordinis appellabunt a, b i, c k, d l, e m, f n, g o, & h p. Hæc uolui pluribus agere, ut dilucidior esset ppositio. quæ licet nō sit difficultis, est tamē confusa ualde propter multitudinem quantitatū & ordinum. Dico ergo quod aggregatum quadratorū quantitatum secundi ordinis primo quadrato bis repetito, seu uno addito cū eo quod fit ex minima in aggregatum quantitatum primi ordinis est triplū aggregato ex quadratis omnibus quantitatū eiusdē primi ordinis, & ut res exemplo facilius innotescat, sint quātitates primi ordinis 8.7.6.5.4.3.2.1. quorum quadrata sint 64.49.36.25.16. & 9.4 & 1. quæ iuncta faciūt 204, dico quod si sumamus quadrata omnium quātitatum secundi ordinis, quæ sunt octies 64, & eis addiderimus unum quadratū ex his, ut fiat nouies 64, & erunt 556, simul iuncta & eis addamus, quod fit ex 1 quantitate minima primi ordinis in 36 aggregatum quantitatum omnium primi ordinis, & est tale productū 36, ut fiat totum 612, quod tale 612 est triplum 204, aggregati quadratorū primi ordinis unius demonstratio hęc est. Quia ex quarta secundi Element. Euclidis singula quadrata quantitatū diuisarū secundi ordinis constant ex quatuor partibus quarum duę sunt quadrata partium, reliquæ duæ sunt producta ex partibus inuicē bis, & quia h fuit æqualis 1, & p æqualis b, quia supplementa fuerūt æqualia mutuo quoniam quantitatibus, & ita c æqualis o & k æqualis g & d, æqualis n & l, æqualis f, & autem æqualis m. Sequit̄ ergo quod sumptis duabus quantitatibus secundi ordinis habentibus supplementa mutuo æqualia ipsis quantitatibus quod quadrata partium erūt dupla quadratis primarum quantitatum; ueluti capio b i secundam & h p ultimam, quarū quadrata

drata partium sunt quadrata b & i, & h & p, sed b est æqualis p, & h
 æqualis i. Ergo quatuor quadrata b i & h p sunt dupla quadratis b
 & h, & ita concludā de omnibus ubi duæ quantitates diuibus cōm
 parantur: sed in e m quia est sola una quantitas, istud est etiam clā
 rius, quia quadrata e & m sunt dupla quadrato e soli eo, quod & m
 sunt æquales. Igitur per demonstrata ab Euclide erit proportio o^z
 mnium quadratorum b i, c k, d l, e m, f n, g o, h p, ad quadrata b c d e
 f g h, pariter accepta proportio dupla. at tunc addito quadrato a
 quadratis b c d e f g h, & erunt quadrata omnium quantitatum, &
 quadratis b i, c k, d l, e m, f n, g o, b p, duplo quadrati a scilicet semel,
 quia a est ex secundo ordine quantitatum, & semel, quia hoc fuit as
 sumptum in Problemate. Sequitur ut quadrata omnia quātitatum
 secundi ordinis, prout sunt diuisa in partes addito quadrato a, sint
 dupla quadratis primarum quantitatum, simul pariter acceptis. Re
 liquum est modo ut ostendamus dupla illorū productorum, cum
 eo quod sit ex minima quantitate, scilicet h in aggregatum ipsarum
 quantitatum primi ordinis esse æquale quadratis, quantitatū eius
 dem primi ordinis pariter acceptis. Constat igitur, quod duplum i
 in b est æquale duplo h in ipsum b, quia h & i sunt æquales, & du
 plum k in ipsum c, est æquale quadruplo h in idem c, quia k est du
 pla h, & similiter duplum l in ipsum d est æquale sexcuplo, h in d,
 quia l est tripla h, & ita procedendo erunt illa dupla producta æ
 qualia productis ex h in ipsas quantitates toties sumptis quantus
 est numerus, qui prouenit duplicato numero, secundum quē h con
 tinetur in illo supplemento, exemplum uolo duplum productū in
 d bis, scio quod supplementum l continet h ter, duplicabo tria & fi
 ent sex, igit̄ duplū l in d æquale est sexcuplo h in ipsum d. Quo con
 stituto, cum suppositum sit producta illa duplicata cum pducto h
 in aggregatum primarum quātitatum esse æqualia quadratis ipsa
 rum quantitatum, igit̄ addemus productū ex h in singulas quan
 titates productis illis prioribus, & fieri productum h in a semel, in b
 ter, in c quinquies, in d septies, in e nouies, in f undecies, in g trede
 cies, & in h quindecies æquale duplo producti uniuscuiusq; quan
 titatis in suum supplementum cum producto h in aggregatum ipsa
 rum quantitarum, at quadratum a est æquale productō ex h in eam,
 quē talem habet proportionem ad ipsum a, quale habet a ad ipsum
 h per demonstrata ab Euclide, & pariter de quadrato b, quod est e^z
 quale ei quod sit ex h in eam quæ toties continet b, quotiens b con
 tinet h, & ita quadratum c æquale est ei, quod continetur sub h, &
 habente proportionem ad b eandem, quam b ad h, & similiter de
 quadrato c & omnibus reliquis, usq; ad h ipsum. Gratia ergo exem

In 5. Ele^m
Prop. 12.

Lib. 6. Ele^m
Prop. 17.

pli quadratum a, erit æquale productio ex h in omnes quantitates secundas, quia quotus est numerus quantitatum, totus est numerus secundum quem a continet h, & similiter quotus est numerus quantitatum incipiendo à b, & quotus est numerus quantitatum incipiendo à c, toties b uel c continet h, & ita de alijs, quadrata ergo omnium quantitatum simul iuncta sunt æqualia productis ex h in singulas illarum toties sumptis, quoties illæ continent h, seu quotus est numerus illius quantitatis, incipiendo ab h, & numerando uersus a. Rursus dico, quod productum multiplicis cuiuslibet quantitatis in minimam, seu quadratum eiusdem quantitatis æquale est productio eiusdem quantitatis, & dupli omnium sequentium primi ordinis in ipsam minimam quantitatem, uelut quadratum a est æquale producto ex h in a, & in duplum b c d e f g h, hoc autem facile est probare in his quantitatibus, quia si quadratum a est æquale producto h in omnes quantitates secundi ordinis, & omnes quantitates secundi ordinis simul sumptæ sunt æquales ipsi a, & duplo reliquarū primi ordinis, quia tales quantitates sunt æquales suis supplementis uicissim, ut h cum i, k cum g, f cum l, e cum m, ergo tam supplementa, quam quantitates primi ordinis sunt dimidium quantitatum secundi ordinis, ergo duplum quantitatum primi ordinis est dimidium quantitatum secundi ordinis, uerum de b dico idem accidere, quia quadratum b est æquale producto ex h in b, & in duplum reliquarum à b, scilicet duplum c d e f g h, & hoc est ostendere, quod iste quantitates sunt dimidium totidem quantitatum æqualium b, nam c est minor b in h, & supplementum p quod est æquale ipsi b, si tota h p fiat æqualis ipsi b, ut pote h q erit ipsa q dempta h æqualis ipsi c, ergo quantitates primi ordinis semper sunt æquales supplementis non ueris, sed prioris quantitatis assumptæ, seu in comparatione ad iliam, quadratum igitur b est æquale pducto ex h in b, & in duplum c d e f g h, & similiter per eadem, quadratum c est æquale producto ex h in c, & in duplum d e f g h, & sic de alijs. Habemus ergo, quod quadrata a b c d e f g h simul iuncta sunt æqualia productio ex h in a, & in duplum reliquarum, & ex h in b, & in duplum reliquarum sequentium, & producto ex h in c semel, & in duplum sequentium usq; ad h, & ita de reliquis. hoc enim est, quod nuper demonstrauimus. Antea quoq; demonstratum est, quod duplum b in i, c in k, d in l, e in m, f in n, g in o, h in p, cū producto h in aggregatum a b c d e f g h erat æquale productis ex h in a semel, & in b ter, & in c quinquies, in d septies, in e nouies, in fundecies, in g tredecies, in seipsum h quindecies, detractis ergo p ordinē, qd fit ex h in a ab utroq; aggregato, & ex h in b c d e f g h bis relinquet ex una parte, qd fit ex h in b semel cum

DE PROPORTIONIBVS LIB. V.

at

cum suis duplicitatis sequentibus, & in c, & in d, & in reliquis pariter conduplicatis suis sequentibus ex altera, quod fit ex h in b semel, in c ter, in d quinques, in e septies, in f nouies, in g undecies, in h tredecies, detractis ergo rursus quod fit ex h in b semel, & ex h in c def g h bis relinquetur, quod fit ex h in c, & duplo sequentium, & d & duplo sequentium, & e & aliarum pariter: & ex alia parte, quod fit ex h in c semel, & in d ter, & in e quinques, in f septies, in g nouies, in h undecies. Ab his rursus detractis, quod fit ex h in c semel, & in sequentes bis, relinquetur h in d semel cum suis sequentibus bis, & in e semel cum suis sequentibus & in f, & in g & in h pariter, & ex alia parte, quod fit ex h in d semel, in e ter, f quinques, g septies, h nouies, ab his rursus detraho, quod fit ex h in d semel, & in sequentes bis, relinquetur ex una parte, quod fit ex h in e f g h cum duplo sequentium ex alia, quod fit ex h in e semel, f ter, g quinques, h septies, & similiter ab his detractis, quod fit ex h in e semel, & bis in sequentes, relinquetur ex una parte, quod fit ex h in f semel, & in g h bis, & in g semel, & in h bis, & in h semel, & ex alia, quod fit ex h in f semel, in g ter, in h quinques. Iterum detractis, quod fit ex h in f semel, & in g h bis communiter relinquetur, quod fit ex h in g semel, & in h bis, & in h semel, & ex alia parte quod fit ex h in g semel, & ex h in h ter. Sed ista, quæ relictæ sunt iam, sunt manifestè æqualia, ergo etiam prima aggregata ab initio fuere æqualia, ergo & æqualia illis quadrata a b c d e f g h his, quæ fiunt ex h in easdem quantitatibus cum duplo producti b in i, c in k, d in l, e in m, f in n, g in o, h in p, sed iam his quadratis a b c d e f g h demonstrata sunt esse dupla quadrata h p, g o, f n, e m, d l, c k, b i, cum duplo quadrati a, ergo quadrata omnium quantitatum secundi ordinis cum quadrato a rursus repetito, & producto h in aggregatum quantitatum primi ordinis sunt tripla quadratis quantitatum primi ordinis pariter acceptis, quod fuit propositum, & fuit Archimedis in libro de lineis spiralibus, & ego adieci hic propter modum demonstrandi, qui est elegantissimus, & procedit ex principijs arithmeticis, & diuersis à communibus, & ideo non reuolutur, ut solent reliquæ quæstiones.

Propositio trigesima.

Cum fuerint quatuor quantitates, fueritq; secunda æqualis tertiae, aut primæ æqualis quartæ, erit proportio primæ ad quartam, aut tertiae ad secundam producta ex proportionibus primæ ad secundam, & tertiae ad quartam.

Cum enim quantitates hæ non fuerint eæquales, constat per secundam coram

dam harum, quod proportio primæ ad quartam producitur ex proportione primæ ad secundam, secunde ad tertiam, & tertie ad quartam: ergo non ex solis proportionibus primæ ad secundam, & tertie ad quartam, & similiter ex prima harum proportio primæ ad secundam, & tertie ad quartam producunt proportionem producti primæ in secundam ad productum tertiae in quartam. Et in multiplicatione proportio, quæ solet esse inter producta illa, & est quasi duplicata est inter ipsas quantitates. Sint igitur quantitates a b c d, & sit b æqualis c , ponantur ergo recto ordine a b c d, eritq; proportio a ad d producta ex proportionibus a ad b , b ad c , & c ad d , producantur igitur ex proportionibus a ad b , c ad d , proportion c ad f , erit igitur proportio e ad f , si multiplicetur per proportionem b ad c eadem quæ prius, & producta iam est eadem ei, quæ est a ad d , ergo proportio a ad d erit producta ex proportionibus a ad b , c ad d per primam propositionem. Quod uero diximus de prima & quarta si sint æquales, manifestum est, quod res reddit ad idem solum transmutato ordine, ut tertia, & quarta præmittantur primæ, & secundæ. Hæc igitur propositio nihil aliud innuit, quam quod in hoc casu productio, quæ solet fieri ex tribus proportionibus fiat ex duabus tantum.

Propositio uigesima prima.

Cum decussatim ducta fuerit prima in quartam, & secunda in tertiam, productumq; primæ in quartam diuisum fuerit per productum secundæ in tertiam erit proportio primæ ad secundam diuisa per proportionem tertiae ad quartam. Et similiter interposita omiologa.

Corv. Primum exponamus secundam partem, sit a — c — f — h proportio a ad b , quam uolo diuidere per c ad d , facio e ad b , ut c ad d , erit b — d — g — k ergo per secundam harum proportio ad b producta ex proportione a ad e , & e ad b , quare ex a ad e , & c ad d , ergo diuisa proportione a ad b per proportionem c ad d exit proportio a ad e , & hic est secundus modus. Primus autem modus ducatur a in d & fiat f , & b in c & fiat g , dico proportionem f ad g esse prouenitum proportionis a ad b , diuide per proportionem c ad d , ducatur igitur c in f & fiat h , & d in g & fiat k , quia igitur h producitur ex e in f , & f producitur ex a in d , ergo h producetur ex producto c in d , in a , & similiter quia k producitur ex d in g , & g producitur ex b in c , ergo

c, ergo k producetur ex cd in b, ergo ex cd in a fit h, ex cd in b fit k, erit a ad b ut h ad k, igitur ex prima harum cum ex c in f producatur h, & ex d in g k, & dicatur produci proportio h ad k ex proportione c ad d, & f ad g, & proportio h ad k sit eadem, quae a ad b, ergo proportio a ad b producitur ex c ad d, & f ad g, ergo diuisa proportione a ad b prodibit proportio f ad g, quod fuit propositum.

Propositio uigesimasecunda.

Cum fuerit proportio primæ ad secundam maior, quam tertias ad quartam, erit confusa ex his major quam tertiae ad quartam, minor autem quam primæ ad secundam.

Sit proportio a ad b maior quam c ad d, dico, quod confusa ex a c ad b d est maior, quam c ad d, et minor quam a ad b, ut enim c ad d ita fiat e ad b, erit q̄ per tertiam decimam hanc ^{com.} ^{per 10. Pet.} rum e ad b d confusa minor quam a c ad b d, nam e est minor a, quia proportionem habent minorem ad b quam a eo quod e habet proportionem ad b, quam c ad d, quæ autem c ad d minor, quam a ad b, ut suppositum est, igitur e c ad b d minor, quam a b ad c d, e b autem ad c d est, ut demonstratum est qualis c ad d, ergo c ad d minor, quam confusa a b ad c d, quod est secundum per idem probabitur, & primum posita f ad d, ut a ad b, erit q̄ a maior c, igitur maior proportio a f ad b d, quam a c ad b d, sed a f ad b d, ut a ad b per eandem tertiam decimam huius ergo proportio confusa a b ad c d est minor, quam a ad b.

Propositio uigesimatertia.

Omnis motus naturalis ad locum suum est: ideo per rectam linneam fit.

Motus naturalis est, ut conseruetur corpus, & conueniat locus corpori, igitur fit ad suum locum. Locus autem dicitur in comparatione ad uniuersum. ideo omnis motus naturalis est a centro mundi sursum, vel ad centrum deorsum. Et quia quanto natura celerius suum finem potest assequi (quia finis bonus est aliter non illum appeteret) eum querit, cum sit sapientissimæ uitæ ministra: at linea recta breuissima est Euclide teste a puncto ad punctum, igitur omnis motus naturalis est sursum aut deorsum per rectam lineam.

Propositio uigesimaquarta.

Omnis motus circularis uoluntarius est.

Sit motus in circulo seu per circulum in orbe cuius sit centrum, sit c mundi centrum: igitur ex definitione circuli tantum distabit a, quantum b ab ipso c: sed in motu naturali per precedentem necesse est, ut recta feratur ad c, vel recedat, igitur motus a est uoluntarius,

non

Dif. tertia
primi Elementi

nōn naturalis, nam si uiolentus esset, non esset perpetuus. Omnia ergo astra feruntur circa centrum mundi. Sit modo rota efg, dico non moueri motu circulari nam linea et clavigor est g c, ergo recta mouetur ad centrum non circa centrum. Indicio etiam id est: quod si in e ponatur frustum aliquod insigne plumbi in motu ad g per f descendat raptim: at dum ex g in e magna cum difficultate, igitur motus hic non est naturalis, nec circularis. nihil etiam hoc modo sponte mouetur. Sed cum non moueat per rectam naturaliter, nec æquidistans à centro per circulum relinquitur, ut moueat motu uiolento, aut mixto, sed non ex uoluntario, cum nullo modo moueat æquidistans à centro, sed semper ab e lineæ ad centrum fiant breuiores, liquet esse motum uiolentum: aut mixtum ex naturali, & uiolento.

Propositio uigesima quinta.

Tres sunt motus omnino simplices naturalis, uoluntarius & uiolentus.


Cor^m. Tres sunt modi, quibus possunt moueri in comparatione ad centrum scilicet vel recta cum centro, vel æquidistando à centro, vel neutro modo, igitur tres motus. Rursus vel à principio interiore non intelligente, & est naturalis, vel intelligente & est uoluntarius: vel exteriore & est uiolentus. Hæc autem diuisione est solum propria non prima. Nam est uiolentus in recta ad centrum: ideo omnis, qui non est in recta ad centrum, nec æquidistat, uiolentus est: non tamen omnis uiolentus est extra rectam. Attractio autem, quæ sit raritatem corporum, seu, ut dicunt, à uacuo, uiolenta est non naturalis nisi ratione finis, non agentis. Sunt enim quatuor genera motus uiolenti ab Aristotele posita, uestio, tractio, pulsio, & uolutio: quanquam his non opus sit in demonstrativa scientia. constat enim uolutionem ex tractione, & pulsione apud illum consistere.

Propositio uigesima.

Motus ergo compositi quatuor necessariò sunt species.

Si tantum sunt tres species simplicium, constat ratione arithmeticæ quatuor esse composite. Disquiramus ergo an sint naturaliter tot species, forsan enim repugnat it aliquis alicui. Porro uideamus primò, quot sint uiolentorum species: Prima erit cum non secundum rectam lineam fuerit: nec à centro æquidistantem. Secunda cum fuerit secundum rectam, sed non ad centrum. Tertia cum fuerit in recta ad centrum, sed contrario modo, uelut terræ sursum.

Quarta



Quarta cùm in recta ad centrum, secundum naturam, sed nō à p̄cípio naturali. Velut cum quis proīcit lapidem rectā in terram è turri uiolentius, quām ille sua grauitate descensurus esset. Hic igitur motus est compositus ex naturali, & uiolento. Animalium autem motus uoluntarius est, cum sit à principio interiore cognoscēte: & sit quatenus à principio in linea circulari æqualiter distante à centro: sed quia obstat grauitas, ideo mixtus est ex naturali, & uoluntario. Sed circularis, & uiolentus soli esse non possunt: nam uiolentus est necessariò in corpore graui aut leui: sed omne corpus graue aut leue, cùm mouetur, naturaliter mouetur saltem in fine: & per totum motum, motu occulto, qui maximè in hoc libro dignus est consideratione, igitur motus uoluntarius, & uiolentus non possunt esse simul soli. Brunt ergo secundum naturam tantùm tres species. Velut cùm quis scandit, aut salit: Est enim motus naturalis saltem in fine, & uoluntarius, & uiolentus. Si quis autem uelit uiolentum cum uoluntario copulare dicemus constare eam compositionem in initio saliendi. Motum autem occultum uocamus grauitatem aut leuitatem.

Propositio uigesimaseptima.

Motus uoluntarius est in loco: naturalis ad locum: uiolentus ex loco.

Hæc est tertia differentia primarum specierum motuum. uoluntarius fit manente corpore toto in eodem loco, ideo proprius est ccelo, corpora autem animalium in eodem loco feruntur: quia in eodem orbe natæ redire ad proprium locum. Et ideo, ut dixi, est motus mixtus ex naturali, & uoluntario, qui si per se fieret, non fatigaret mobile, cùm ex utroq; principio ab interiore ui procedat. Sed quia fit per musculos, qui trahuntur: hic autem motus est uiolentus, ideo per consequentiam fatigat. Qui uero naturalis, est ut redeat corpus ad suum locum, igitur naturalis est ad locum. Sed uiolenti finis est, ut protrudatur ex loco in quo est, non habens certum finem. licet enim qui trahit, ad suum locum trahat, non tamen ad locum mobilis.

Propositio uigesimaoctaua.

Motus quilibet naturalis aut uiolentus in aliquo medio fit.

Cùm uacuum non detur, & omnis motus naturalis sit ad locum, et uiolentus ex loco per præcedentem, igitur cùm non sit in medio, uacuum erit in aliquo corpore, uelut aëre, aqua, igne, ligno.

Propositio uigesimanona.


Omnis motus uoluntarius æqualis est semper: simpliciter etiam quilibet aliis motus.

Com. Motus uoluntarius non habet, quod fatiget, & summa perfectio est æqualitas, & natura quæ mouet non debilitatur, igitur per perpetuo perseverat æqualis. neq; enim est, ut dixi, per medium corpus. Naturalis quoq; & uiolentus cum ratione proportionis mouentis supra mobile per se non uarentur, & ab æquali proportione æquales uelocitas proueniat, igitur natura tales motus sunt æquales, nam in utroq; mouens, mouet secundum ultimam suam uim.

Propositio trigesima.

In omni corpore mobili in medio, partes mediæ resistunt obuiæ, aliæ impellunt.

Com. Sit mobile a cui partes subiaceant directæ b, & sit graue. Et patet ne diuidatur b resistere, cum autem superauerit, partes b descendunt ante a, & trahunt partes c & d adherentes secum, atq; ita e c d f adiuuant ad descensum partes etiam laterales g & h cum a transit in b, ne detur vacuum, transfeunt in k ueloci motu, ergo propellunt a maiori imetu inferius.



Cor. Ex quo patet, quod in omni motu naturali, uel uiolento fit augmentum uelocitatis ab initio saltem usque ad aliquid.


Com. Et ideo etiam bellicæ machinæ cuiuscunq; generis certam exi-
gunt distantiam, ut uiolentius feriant.

Propositio trigesima prima.

Omnis motus naturalis in æquali medio ualidior est in fine, quam in principio: uiolentus contrà.

Com. Cum enim ex præcedenti augeantur semper ob medium, & causa, quæ mouet, sit perpetua, & à principio æterno, quod per dicta æqualiter mouet, igitur motus ille fiet uelocior in fine quam in alia parte temporis. In uiolento autem, cum perueniat ad finem desinit uis illa necessariò, quæ mouet, & superatur à ui naturali, quæ mouet in contrarium, igitur antequam cesset motus fiet tardissimus in fine.

Cor. Ex quo patet, quod motus quadrifariam misti dicuntur, aut specie, ut cum quis iacit lapidem è turri: uel ex occulto naturali, & uiolento manifesto: uelut cum quis iacit lapidem, & descendit postmodum ex b in c motu utroque manifesto, sed ex a in b motu uiolento manifesto, & naturali occulto: uel ratione mediæ, & hoc modo omnis motus naturalis etiam non solum uiolentus est mixtus ex proportione uirtutis mouentis, cum motu medijs, ad medium ipsum, uel si uiolentus sit ex proportione uirtutis mouentis, & medijs



& medijs ad mobile, ac medium, quod resistit. Quarto ex motibus imperfectis natura sua, & non est uera mistio, & hoc apparet in motibus uoluntarijs animalium, qui non sunt neq; æquales, neq; per se è circa medium: sed sunt potius similes uoluntarijs. Et ideo demonstrationes illæ Aristotelis quoad usum nihil iuuant nos.

Propositio trigesimasecunda.

Omne mobile naturaliter motum, seu uiolenter uelocius mouetur in medio rariore, quam densiore. Maior quoq; est proportio finis motus in corpore rariore ad finem motus in corpore densiore, quam principij. In uiolento autem celerius perueniet ad finem motus in corpore densiore.


A mobile moueatur in b medio rariore, & in c densiore, igitur b minus resistit, quam c & magis adiuuat, quia uelocius mouetur: igitur duplii de causa a mouebitur uelocius in b quam in c: & quia per corollarium trigesi-
mæ, & præcedentis proportio finis (ubi æqualiter moueantur) ad sua principia maior erit in d, quam in e: ergo per demonstrata à Cam-
pano posita d prima, b secunda, e tertia, c quarta, maior erit propor-
tio d ad e, quam b ad c quod fuit propositum in naturali.

Propositio trigesimalteria.

Omnia duo mobilia æqualis undiq; magnitudinis, quæ æquali in tempore æqualia spatia pertranseunt in diuersis substantia me-
dij, necesse est, ut sit ponderis ad pondus, quemadmodum medijs
ad medium, proportio duplicata.

Sint duo mobilia a & b magnitudine, & forma omnino paria, & sint media c & d, exempli gratia: & pertranseant æquale spatum in utroq; in eodem tempore, e dico proportionem ponderis b ad pondus a esse duplicatam ei quæ est raritatis c ad raritatem d. Quia enim feruntur æqualiter, nam in æquali tem-
pore, seu eodem æqualia spatia pertrans-
eunt, erit proportio potentiae a cum suo auxi-
lio ad id, quod resistit ex c ut b cum suo au-
xilio ad id, quod resistit ex d, permutoando igi-
tur d ad c, ut b ad a, sed c ad d proportio rari-
tatis duplicat actionem, tum minus resisten-
do, tum adiuuando motum a, igitur proportio differentiæ motus
est duplicata proportioni raritatis: sed proportio motus est æqua-
lis proportioni ponderis uicissim per uigesimam sextam sexti Ele-
mentorum b ad a, igitur proportio b ad a ponderis est duplicata ei,
quæ est raritatis c ad raritatem d,

A	A
b	c
d	e



HIERONYMI CARDANI

SCHOLIVM PRIMVM.

Ne tamen sine exemplo intelligas hanc duplicatam rationem, proponatur c raritas quatuor, d unum, a pondus duodecim librarum, tunc c resistit solum ex quarta parte, & efficit a quadruplo maioris actionis, scilicet ut quadraginta octo, tota igitur proportio, quam mouebitur a in c, erit centum nonaginta duorum, & hoc diuidemus per d, quod est unum, exhibit pondus b centum nonaginta duo. Proportio igitur b ad a est sexdecupla, & haec est duplicata quadruplae raritatis c ad raritatem d.

Quod si quis neget tantundem augere c actionem a, quanto minus resistit, sed aut magis aut minis, & sit proportio b ad a duplicata ipsi f, dico fesse proportionem c ad d, nam proportio b ad a est uelut actionis c ad d per decimam sextam sexti Elementorum, ergo ex auxilio c in proportionem a ad c fit proportio b ad a, sed ex fin se fit proportio b ad a ex diffinitione proportionis duplicatae. Sed ex duabus proportionibus a ad c, & actionis ex c ad a producitur proportio b ad a, igitur per decimam septimam sexti Elementorum proportio c ad d est media inter proportiones a ad c, & actionis a in c, quare æqualis f, igitur proportio b ad a duplicata ei, quae est c ad d quod erat demonstrandum.

SCHOLIVM SECUNDVM.

Si autem media fuerint diuersarum rationum, ut aqua, & aëris non demonstrat argumentum, quia pondera inter se non seruant rationem. Nam lignum centum librarum ex salicis arbore, non magis descendit, quam lignum libræ unius. Ideò nec in comparatione ad medium aëris.


Propositio trigesimaquarta.

Proportio corporis cubi ad suam superficiem quadratam, est uelut eiusdem superficie ad latus, eiusdem uero ad monadem.

com. Sit cubus a b c eius quadrata, superficies a

c, latus a b, monas d, dico eas esse inuicem analogas. Quia enim proportio a b c ad a c est, ut quoties assumitur a c in a b c, & toties etiam assumitur a b in a c ex diffinitione Eucli-

Prima ex Campano. dis secundo Elementorum, si ergo monas est in continua proportione, habeo intentum: si non ponatur e media inter a e & d, erit ergo per decimam noni Elementorum e latus a c, ergo æqualis a b, igitur cum a c, e & d sint analogæ, erunt & a b c, a b, & d analogæ, quod fuit demonstrandum.



Propositio

DE PROPORTIONIBVS LIB. V.

Propositio trigesima quinta.

39

Vocum magnitudines excrescent in acumine non in grauitate, finis autem est in utroq; extremo, propter hoc minima facta uariatione in hypate acutæ uix ferunt.

Quoniam facta uariatione in hypate, quæ est Diapason in Diapason, uel bis Diapason maiore interuallo distat, uelut ex a in b in grauiore, maius est interuallum ex c in d, igitur maior est b d, quam a c Diapason ergo singulæ uoces inter b & d magis distant, b ————— d quam inter a & c, & quanto magis appropinquant ad d, igitur d maius est quam b. Ergo magnitudo est ratione acuitatis, non grauitatis, cum supposuerimus d esse acutiorem b & c ipso a. Ostenditur etiam idem quia uox gratis fit ex primitione motus sicut acuta ex uehementia. Motus autem est res, quies, priuatio.

Secundum sic nam remissio mota non feriet aurem, ideo sonum non pariet ob nimiam tarditatem. At in uelocissimo motu oportet uel fidem uel arteriam contrahi, & non contrahitur nisi per musculos, igitur contentio illa finem habet. Si autem non sit necessarium habere, uel ualde procul possit extendi contentio, ut in machinis igneis strepitus fit maximus, nam motus, ut motus est etiam in aere nullum finem per se habet nisi ratione instrumenti, ergo strepitus tantus esse potest, ut ferme obsurdescant, qui audierint, ut ferunt de Nili cataractis.

Tertium sic sit ab humi- f e d
lior uox, quæ excrescat se- mitonio minore solum in c b a
c, & sit de dupla ad ab se- cundum naturam, ut in uo- cibus medijs fiet, ut si e debeat excrescere semitonio minore per decimam nonam quinti Elementorum f e dupla c b, & in acutis ubi extreuerit ad diapason quadrupla: pueri autem uox, quæ iam diapason altior est d e, erit bis diapason, & ideo quadrupla b c, sed in acutioribus erit dupla, nullus enim puer est adeo fractæ uocis, qui supra humillimam non ascendat per diapason, igitur interuallum uocum erit octuplum a d, b c, sed communiter ascendunt ad bis diapason, igitur interuallum unius uocis etiam cum semitonio proportionem habentis est æquale ferme toti a b, cum autem in diapason sint duodecim semitonias, & duo comata, manifestum est, quod extensio illa erit maxima in cōparatione grauioris uocis ab. Et ideo minimum incrementum in humilioribus uocibus, ubi quis cogas

HIERONYMI CARDANI

40

tur ascendere, maximum esse uidetur, adeò ut ægrè à pluribus feratur, à quibusdam non omnino feratur.

S C H O L I V M .

Ob hoc natura fecit, ut non quemadmodum in fidibus uoces ex breuitate intenderentur, sed ex constrictione ligulæ, ut dicunt, super asperam arteriam uox ad diapason acueretur addito impetu proportione, ut ex constrictione, & impetu cōsurgeret dupla proportio. Hoc autem manifestè experimur in elymis in quibus nulla prorsus facta mutatione instrumenti constantibus digitis omnibus præter pollicem sinistræ uocem exacuimus ad diapason, inde etiam ad bis diapason: sicut declarauimus in commentarijs Epis demiorum.

Propositio trigesimasexta.

Si proportio per proportionem minorem æquali ducatur, proportio minor producetur. Vnde manifestum est duas proportiones minores æqualitate inuicem ductas proportionem minorem unaquaç illarum producere.

Co^m. Proportio a b ad c, qualiscunq; sit, duca= d
tur in proportionem minorem æqualitate a ————— b | f g
fad g, dico quod producta proportio erit b ————— c
minor ea, quæ est a b ad c fiat d ad a b, ut f ——————
ad g, et erit per secundam huius d ad c pro= ———
ducta ex proportionibus ab ad c, & fg. Itemq; per decimam quar-

Pri^o. Pet. tam quinti Elementorū erit d minor a b, igitur maior a b ad c, quām d ad c. igitur quām proportio a b ad c in proportionem f ad g. Sit autem utraq; minor æqualitate ea, quæ a b ad c, & ea quæ f ad g, dico productam unaquaç earum esse minorem. Quod enim (manen tibus his, quæ dicta sunt) minor sit d ad c, quam a b ad c ex prima parte ostensum est. Quod uero etiam minor sit d ad c, quām d ad a b, & ex consequenti quām f ad g demonstratur sic. Quia enim mi nor est a b ad c, æqualitate erit a b minor c, fiat ergo h æqualis a b, erit ergo d ad h, ut d ad a b per septimam quinti Elementorum, at d ad c minor quām d ad h per octauam eiusdem, igitur minor d ad c, quām d ad a b, igitur patet propositum.

Propositio trigesimaseptima.

Si plures homines, quorum nulli per se nauim mouere possint, aut pondus ferre simul iuncti eam moueant, aut pondus ferant, erunt illæ proportiones coniunctæ non productæ.

Co^m. Cùm enim primus non possit mouere nec secundus, erunt pro portiones minores æqualitate, Ideò per secundam partem præce dentis multo minus mouerent duo, quām unus. Et si quatuor mo


uerent

uerent unusq; per se mouere non posset, adderetur si proportio produceretur, fieret minor, ergo minus mouerent quinque quam quatuor ex iisdem, quod est absurdum.

Propositio trigesima octaua.

Omne corpus tantum resistit motui contrario suo naturali quantum mouetur occulto motu quiescendo.

Sit a corpus quiescens in pavimento b, & mouetur in eo occulto ^{com.} motu uersus centrum, ut suprà uisum est, contrarius illi sit motus ad c, si ergo a quiesceret in c mouetur ad b occulto motu certa ui, ergo eadem restitut, ne traheretur ad c. Manifestum est autem, quod hic motus occultus est minor manifesto.



In commen.
26. Propos.

Per 30. Propos.

Ex hoc patet cur naues & currus ab initio tardè & difficulter moveantur, ubi moueri coeperint motus augetur: quoniam resistunt per motum occultum naturalem qui maximus est dum quiescunt, *Quesit. 31;* ut etiam docebat philosophus in mechanicis, nam motus ille naturalis est, & ideo contrarius violento: Ergo cum iam mouetur uolenter minus, mouetur naturaliter, igitur minus resistit. Declarabitur enim infra quod omne quod mouetur duobus motibus tanto minus uno mouetur quanto magis altero. *Propos. 59.*

Propositio trigesimanona.


Ab æquali aut minore ui, quam sit impedimentū, non fit motus.

Sit a quod resistat, ne sursum trahatur per decem, dico, quod nō ^{com.} sursum trahetur neque à decem, neque minore: nam si impedimentum non esset, moueretur infra ut decem, ergo si traheretur sursum per decem tantum moueretur sursum, quantū deorsum, ergo quiesceret. Si uero à minore moueretur à maiore ui deorsum, quam sursum, ergo deorsum simpliciter non sursum.

Propositio quadragesimā.

Omne corpus sphæricum tangens planum in puncto mouetur ad latus per quancunq; uim, quæ medium diuidere potest.

Sit corpus ad unguem sphæricum a tangentis planum b in puncto c (est enim hoc necessarium ex demonstratis ab Euclide in decimasexta Propositione tertij Elementorum) dico, quod mouebitur à ui, quæ potest scindere aërem. Nam cum non ascendet, nec descendat, sed quasi in circulo ad centrum mundi moueat, pondus non affert. Neq; ratione magnitudinis contactus, cum sit in puncto solo, igitur remanet solum aëris impedimentum.



C 4 Ex hoc

Cor^m. 1. Ex hoc liquet, quod oportet b planum esse ex durissima materia, quæ nullo modo cedat, aliter tangat plusquam in puncto.

Cor^m. 2. Vix fieri potest, ut in elementaribus sphæra tangat planum in puncto. Vel quia planum non erit exactè rectum, uel non durum, ut prorsus non cedat, uel non ad æquilibrium positum, uel sphæra non erit exactè rotunda.

Propositio quadragesimaprima.

Si fuerint duæ quantitates sumaturque totius aggregatum maioris & minoris, quoties aggregatum minoris, & maioris, erit proportio confusa maioris aggregati ad minus, minor quam multipli cis maioris ad multiplex minoris.

com. Sint duæ magnitudines a & b, & sit a maior b, & sumatur exempli gratia a quater cum b semel, & b quater cum a semel, dico, quod propor

Ex 1. s. diff. minor quam quadrupla. Constat enim quod proportio quadruplici a ad a est maior, quam b ad quadruplum b, cum una sit quadrupla, alia subquadrupla, igitur per uigesimam secundam huius aggregati quadruplici a cum b semel, ad quadruplum b cum a semel minor, quam quadruplici a ad a, & maior quam b ad quadruplum b, & est pro intellectu Archimedis.

In 2. lib. de Atqui pon deran.

Propos. 10.

Propositio quadragesimasecunda.

Trahentium nauim, ut ferentium pondera proportiones in se inservicem, quomodo ducere oporteat considerare.

com. Hoc quomodo non possit fieri suprà docuimus, nunc etiam generaliter dicam, cum consistant hæc in duobus terminis, productio uero presupponit quatuor terminos, ut in prima propositione, aut saltem tres, atque in his medius habet rationem mouentis, & moti, ergo cum in huiusmodi non sint quatuor termini, nec tres, è quibus unus sit mouens, & motum proportio non poterit produci. Illud etiam patet exemplo, nam si esset lapis, aut navis obsistens ut sex, & essent homines uiribus singuli, ut quatuor cum dimidio, tres mouerent in proportione dupla sexquiquarta predicta superius eodem loco, at si proportio duci posset aliquorum hominum numerus posset mouere in duplicata proportione ad unguem scilicet $\frac{5}{16}$ ut esset uix hominum collectorum $30\frac{3}{8}$ at nullus est numerus hominum qui collectus faciat hunc numerum, nam sex homines expletant numerum 27, & septem $31\frac{1}{2}$, & ideo non potest duci proportio. Et ideo maximus est error dicendo decem homines mouent nauim proportione tripla, ergo triginta alijs additis illis similes robore mouebunt à proportione uiginti septupla scilicet ducta noua

pla

DE PROPORTIONIBVS LIB. V.

33

pla in triplam. Sed sumpta proportione alio modo producitur. Ve
lut si dicam, homines decem mouent nauim, aut ferunt pondus pro-
portione tripla, igitur quadraginta homines idem facient propor-
tione duodecupla scilicet quadrupla in triplam ducta. Cum ergo
addo triginta homines, qui mouent in proportione nonupla, non
oportet ducere nonuplam in triplam, sed totum numerum accipe-
re, & quam proportionem habet ad partem, tandem habet uis mo-
uens ad uim mouetem. Vnde si duo moueant in proportione sex-
quialtera, & sex in proportione quadrupla cum dimidia, & iungan-
tur, ut siant octo, non oportebit ducere sexquialteram, in quadru-
plam sexquialteram, sed cum octo ad duo sit in proportione qua-
drupla, sumemus quadruplam ad sexquialteram, quæ erit sexcupla;
& octo mouebunt, aut pondus gerent in proportione sexcupla.

Propositio quadragesimatercia:

Productionem ad additionem retrahere.

Sit proportio a ad b dupla potestate li-
cet sint quinq̄ homines, & sint quindecim
homines c, & habebunt ad b sexcuplam
proportionem per præcedentem. Iuncta
ergo a, & c per octauam huius mouebunt
b proportione octupla, dico, quod si du-
xeris proportionē c ad a plus uno. i. qua-
druplam in proportionem a ad b, quæ est dupla, proueniet eadem
octupla. Nam quia in coniunctione sufficit iungere c cum a, & su-
mitur secundum proportionem a ad b, igitur cum proportio a ad
b comparata ad proportionem c & a ad b sit, sicut proportio c & a
ad a, & proportio c & a ad a sit, sicut proportio c ad a, & a ad a, &
proportio a ad a habet rationem unius, igitur proportio aggregati
ca ad b est producta ex proportione c ad a plus monade in propor-
tionem a ad b, quod erat demonstrandum.

Propositio quadragesimaquarta:

Si fuerit proportio motoris ad id, quod est maximum non mo-
uens & spatium, & tempus, nota erit etiam reliquorum nota.

Sæpe contingit, ut quinq̄ homines mouent nauim, & spatium
ad tempus notum, & etiam cognitum maximum, quod mouere
non potest. Sit ergo a numerus hominum, b na-
uis, c maximum, quod non mouere potest, d
tempus, e spatium, f motor aliis siue numerus
hominum notus, & g tempus, dico, quod h spatium notum erit, seu
notum g tempus, & h spatium, dico, quod erit f motor, seu numerus
hominum

	5 a	c 15	
	Dupla	Sexcupla	<small>com:</small>
3 6	6 3	2 0	
		Octupla	
		3	

HIERONYMI CARDANI

homínium notus. Quoniam ergo notum est a & c, quia est æquale b, igitur proportio a ad b nota est: sed iuxta illam a mouet b in d tempore per e spatium, igitur per præcedentem, ut f ad a ita spatij ad e in d tempore. Sed per eadem ut temporis d ad spatium illud ita g ad h, ergo cum nota sint d e f g erit etiam h, & ita conuertendo.

Propositio quadragesimaquinta.


Rationem stateræ ostendere.

Corm. Archimedes nititur huic fundamento, quod pondera, quæ proportionem mutuam habent, ut distantiae à libella a, quæ suspensuntur, æqualiter ponderant, sit ergo libella a b, & suspensa in a centrum mundi c, ad quod dirigitur pondus, & liquet, quod ipsum non se inclinabit ex uigesimalteria propositione. Si ergo ponantur loco lineæ b d in e & f, & sit proportio e b ad b f, ut g ad h, dico', quod erit æquilibrium, per eandem enim h mouebitur in k, scilicet ut perueniat in rectam a d, si enim non esset suspensum h, moueretur in recta e h per eandem, quia ergo retinetur, mouetur per obliquam h k, & sumatur in propinquum punctum in b e, & n in æquali distantia in e f, quia ergo e b totum mouetur eadem uia in singulis partibus, quia a pondere h, & in h mouetur per h k in m per m p, ergo qualis est proportio magnitudinis h k ad m p, talis est uis in m p ad uim in h k, & ita in b erit penè infinita: quia quanta uia extenditur ex h in k tanta puncta b, se circumuerit ergo proportio hypomochlii ad spatium, uelut roboris ad robur, at eadem n o ad h k, est enim n o æqualis m p, & n b, & b m æquales, ut uero g ad h, ita e b ad b f: ergo ut e b ad b f, ita uirium n o ad h k, ut igitur g ad h, ita uirium m p ad h k: ut etiam g l ad n o, ita uirium f b ad n b. nam idem pondus scilicet g mouet totam b f, igitur ut g se habet ad n o, ita h ad m p, sed m p & n o sunt æquales, ergo tanta est uis g in f, quanta h in e.

Corm. 1. Ex quo patet, quod hypomochlion moueretur infinita uia, si posset esse punctus: sed quia in extrema superficie cylindri, ideo potest aliqua uia retineri.

Corm. 2. Et si quis posset capere hastam in extremo punto, non posset eam mouere, etiam quod haberet robur infinitum, quia ab æquali non fit motus per trigesimam nonam propositionem.

Corm. 3. Et libella nihil retinet nisi quantum est pondus eius quod cuius sit



DE PROPORTIONIBVS LIB. V.

35

pit ad centrum peruenire, & pondus ei appensum non prohibet motum, etiam si esset infinitum, nisi quatenus non uult recedere ex directo centri mundi: & ut grauat hypomochlion faciens imprecisionem.

Et si terra tota esset appensa polo, moueretur magna uis: quoniā Cor. 4.
am uis eadem est in polo, quae in circulo toto æquinoctij.

Erota, quanto uelocius mouetur in ambitu, tanto minorem habet uim: sed propter aërem, qui secum circumfertur, mouetur magno impetu, & magnas facit læsiones. Ideo hoc in cono non accidit. Cor. 5.

Ex quo patet ratio eleuandi pondera magna per transbem, ut à latere uides. Cor. 6.

Propositio quadragesima sexta.

An sit aliqua proportio, & qualis inter animam, & uitas, & sua corpora considerare.

Declarauimus motum coeli esse uoluntarium, obsequente cœlo per uirtutem in eo infusam. In animalibus autem, & præcipue in homine notius est hoc experientibus nobis in ipsis: sed motus hic, ut dixi supra, mistus est, ille uero cœlestis ignotior est. Certum tamen est plenè obsequi cœlum uitæ, nec prorsus repugnare. Sicut Aristoteli imponi, quod si adderetur astrum cœlo, quod cœlum aut quiesceret, aut tardius moueretur: quod est, ac si diceremus, quod homo paruus si fieret maior, non esset adeò agilis, tanquam motus ille esset ab externa causa. Imò perinde esset, ac si quis diceret, quod lapides magni minus uelociter descenderent, quam parui. Quin potius ut lapis magnus uelocius mouetur: quam paruus naturali motu, & tardius præternaturali, ita cœlum motu uoluntario, si ita dici posset æqualius & maiore cum efficacia, quamato densius. Et ita si Aristoteles illud dixisset, ostendisset magnam imperitiam. Ideo quale iudicium debemus facere de Alexandro, & Aueroe, qui hoc ei tribuunt. legit enim in textu Arabico tale quipiam. De Animalibus forsan posset hoc dici, quoniā, ut suprà diximus, motus ille mistus est. Remanet ergo difficultas, quoniā si motus ille non à proportione fit, quare non est infinitus: & dico qd in animalibus tres sunt causæ, una, quia est mistus, & habet repugnatiæ: secunda, quia est de loco ad locum, motus autem cœli est in loco: tertia est communis etiam cœlo, et est, quoniā non est ratio finis. Natura enim diuina non appetit mouere tā celeriter. Quid est ergo proportio, cū sit ultimū uoluntatis uitæ, ut obtemperet primæ causæ, ideo illud est ultimū, qd mouet. Est aut idem uelle, & posse. In natura enim


Tet. 7 t.
2. de Cœlo;

enim coeli est ille appetitus, cuius principium est uita: & eius uoluntatis bonum ipsum. Et ideo hæc proportio nō diuiditur. In anima libus autem non est uis illa nisi, cum proportione, quia primum instrumentum, quod recipit, & est spiritus uim habet determinatam, cum sit uirtus in materia: ideo nō mouet nisi cum certa proportione, uelut lumen in medio in se non habet proportionem nisi ad lucem, sed ut est in illo, potest esse remissum, obscurū & hebes. Quæritur ergo quantitas illius: si dicas, quod est à luce: quæro quantitas lucis, unde sit: forsitan dicendum, quod uelut in motibus, quanto densiora sunt corpora tanto mouent maiore nixu, & robore. Nam calor in materia augetur iuxta illius quantitatem: idem in luce, & reliquis. Dico ergo proportionem esse infinitam: nam si corpus esset infinitum & optimè dispositum infinita ui moueretur & agilitate, ut enim maius est eo maiores vires habet.

Propositio quadragesima septima.

Si duo mobilia æqualiter in eodem circulo iuxta proprios motus moueantur, productum temporis circuituum inuicem erit æquale producto differentiæ temporum circuitus ductæ in tempus coniunctionis primæ.

Co^m. Sint duo mobilia a & b in eodem puncto, quæ æqualiter uersus eandem partem moueantur æqualibus in temporibus, inuicem tamen inæqualiter, ita quod a in f & b in g temporibus absoluant circulum, & horum differentia sit h. Dum itaque a perficit circulum b perueniat in c, igitur c d b est differentia, quæ superanda est, & proportio circuli ad b c ut g ad f, quare reliqui ad reliquum, ut residui ad residuum, scilicet circuli ad c d b, ut g ad h, & b c ad c d b ut f ad h, coniungantur igitur in k tempore, eruntq; k f g h omologa, ut productum ex circulo in b c diuiso per certam quantitatem & cum circulo & b c & c d b differentia, & sit s productum ex f in g, dico quod diuisa s per h exhibet tempus coniunctionis primæ, sit itaq; d locus coniunctionis, dico igitur quod differentia spatij pertransiti a b, a & a, b in redditu ex coniunctione prima ad d est unus circulus completus, non enim possunt esse plures, nam sequeretur, quod a aliquando pertransisset b, et sic non esset prima coniunctio, nec potest esse minus, nam sic cum a & b sint in d ultra perfectas circulationes uterque eorum pertransiuit arcum b c, igitur nullo modo differentia potest esse minor circulo, neque maior, ut declaratum est, igitur est unus circulus ad unguem



guem. Hoc declarato ponatur in spatiū compositū ex circulis pertransitis ab a cum spatio b d, etenim spatiū, quod pertransit b a coniunctione in a, ad coniunctionem primam in d, & erit ex demonstratis horum differentia circulus qui vocetur o, & sit p spatiū, quod pertransit b in tempore eodem, in quo a pertransit o, & sit q differentia o, & p que in circulo est cd1b, quia igitur in eodem tempore a pertransit m & b, n, erit m ad n, ut a ad b, & eadem ratio ne a ad b, ut o ad p, igitur ex undecima quinti Euclidis m ad n, ut o ad p, quare cum o sit differentia m & n, & q, differentia o & p erit ex decimana quinta Euclidis, m ad o, ut o ad q, & ita circulus est analogus inter spatiū pertransitū à motore uelociorī, & inter differentiam spatiū quae accidit, dum uelocior motor pertransit circulum, id est quod circulus ac d est analogus inter cd1b, & circulos pertransitos ab a cum portione b d. Reuertor igitur ad propositionē, cum sit m ad o, ut o ad q, & m ad o, ut n ad p, ex sextadecima quinti Euclidis, erit ex undecima eiusdem n ad p, ut o ad q, quare ex sextadecima sexti Elementorum ducto o, id est circulo, seu maiore numero in p spatiū pertransitū ab, seu ducto fin g, & diuiso per q differentiam spatiōrum, seu per h exhibit n, seu spatiū quod pertransit b ab una coniunctione ad aliam quod erat demonstrandum.

Ex hoc patet, quod proportio temporis coniunctionis ad tempore corpus tardioris motus circuitionis est ueluti temporis circuitus uelocioris motoris ad differentiam temporis motus tardioris, & uelocioris motoris in uno circuitu.

Propositio quadragesima octaua.

Si tria mobilia ex eodem punto discedant, fuerintque duorum, ac duorum coniunctiones in temporibus commensis illa tria mobilia denuo coniungentur in tempore producto ex denominatore divisionis temporis maioris per minus in minus, aut numeratore in maius.

Sint tria mobilia a, quod circuat in duobus annis b in quinque, c in septem. Dico quod primum redibunt in numero producto ex septem quinque & duobus, qui sunt numeri primi, & erit ille numerus septuaginta annorum. Nam in septuaginta annis a perficiet triginta quinque revolutiones b quatuordecim, c decem: ergo redibūt per perfectos circuitus ad idem punctum. Ostendo modo quod non ante: nam si sic: sit, ut in triginta quinque annis igitur b & c persicent perfectos circuitus, ergo redibūt ad idem punctum, a autem non redabit, quoniam eius circuitus non numerat triginta quinque aliter non fuisset septuaginta minimus numeratus ab a b c, cum

D ergo

ergo iam supponatur numerari ab & c non numerabitur ab a, ergo a non perficiet circuitus, ergo non redibit ad primum locum, ergo non erit iunctus cum b & c. Quod si dicas ab c coniungi in decem septem annis numero non numerato ab ali quo illorum temporum auferantur perfectæ circulationes, & remanebunt dimidium ex a, duæ quintæ ex b, tres septimæ ex c, igitur oportebit ut hæ portiones sint æquales, ut post perfectas circulationes in idem punctum, conueniant, ergo $\frac{1}{2}$ & $\frac{2}{5}$ & $\frac{1}{7}$ æquivalent, quare proportio 7 ad 3 & 5 ad 2 & 2 ad 1, est una, quare permutando 3 ad 2 ut 7 ad 5, sed 7 & 5 sunt contra se primi, ergo in sua proportione minimi per dicta in septimo Elementorum: ergo tria, & duo non sunt in eadem proportione. Rursus dicantur conuenire in annis quatuordecim cum dimidio, ergo in uiginti nouem conuenient iterum: ergo per secundam partem erit septem ad unum, ut duo ad unum, igitur permutando unius ad unum, ut septem ad duo, sed unum est æquale uni, ergo duo erunt æqualia septem. Rursus dicamus, quod in tempore annorum et quadrata decem similiter auferam integras reuolutiones, quas potero, & erunt $\sqrt{2\frac{1}{2}}$ m:1, & $\sqrt{\frac{2}{3}}$ & $\sqrt{\frac{10}{49}}$ æqualia. Hic uides infinita sequi inconuenientia, quæ longum esset numerare, nam septem esset æquale quinq[ue], & proportio recens ad potentia rethe, ut numeri ad numerum. Igitur non conueniunt ante septuaginta annos.

Corm. 1. Ex hoc sequitur, quod nullibi conuenient praeterquam in eodem punto, scilicet in quo ab initio coniuncti fuerunt.

Corm. 2. Sequitur denuo ex propositione ipsa repetita, & primo corollario, quod nullibi alibi conuenient quam in dato primo punto, in quo coniuncti fuerant ab initio etiam usq[ue] in æternum.

Sit rursus ut a circuat in annis duobus cum dimidio, b in tribus cum tertia parte, c in quatuor cum quarta parte ducam per suos denominatores, & erit ut a in quinq[ue] annis, b in decem, c in decem septem circuant, & redeant ad idem punctum, & quia quinque numerat decem, & decem, & decem septem sunt numeri inuicem primi, ducam decem in decem septem fiunt centum septuaginta. Constat igitur c quadragies, b quinquagies semel, a sexages octies circumuerit, & redire ad idem punctum: ergo rursus coibunt post tot annos in eo, dico modo, quod non ante: nam si non sit, ut in triginta tribus annis, gratia exempli, aufero decem septem, decem, & quinque, & relinquuntur sexdecim tria & tria, & rursus ex sexdecim tres circuitus

abc

circuitus c, & relinquuntur $\frac{3}{4}$ sequetur igitur, ut sit proportio 17 ad 13, & $2\frac{1}{2}$ ad $\frac{1}{2}$ & $3\frac{1}{2}$ ad 3 eadem, & ita $\frac{17}{13}$, $\frac{1}{2}$ & $\frac{10}{9}$ eadem si iam supponimus 17 & 10 esse primos inuicem, ut in secunda demonstratione. Igitur sequuntur eadem corollaria, quæ dicta sunt.

Propositio quadragesimonia.


Proposito mobilis in circulo circuitus tempore, dataq; ratione distantiae ab illo mobilis circuitum inuenire, quod ex eodem puncto discedens cum alio mobili in dato puncto conueniat sub quo cunctis numero circuituum tempus quoq; coniunctionis.

Sit in circuli peripheria a punctus, qui circuitus etiam aequali motu (hoc enim semper intellegitur) in b tempore: & sit datus punctus c in quo discedens e mobile ex coniunctione cum a post certos circuitus proprios, aut etiam sine ulla circuitione perfecta debeat conuenire. Volo scire tempus circuitus e: & etiam tempus coniunctionis.

Sit ergo primum ut absq; circuitione ulla e, a debeat comprehendere e in c post numerum circuituum ipsius a, qui sit f. nam si a occurrit e in prima circuitione ipsius e, igitur a mouetur uelocius quam e, cum ergo debeat attingere ipsum e, necesse est ut a pertranseat prius per punctum ex quo discessit antequam redeat ad coniunctionem e: ergo perficiet saltem unam circuitionem. Ducemus ergo f in b, & fieri g tempus circuitus aut circuituum a, & quia spatium ac datum est, sit b temporis circuitus a ad h, uelut circuli totius ad ac, & iungatur g cum h & fiat k. Fiat quoque, ut monadis ad h, ita l ad monadem, & ducatur l in k, & fiat m: dico m esse tempus circuitus e. Constat enim ex supposito, quod k est tempus totum in quo a peruenit post b circuitiones in c, si ergo e moueretur per m tempus totum ex supposito perficeret circuitum, at quia circuitus ad ac, ut monadis ad h, igitur etiam ut l ad monadem, ergo proportio circuitus ad ac, ut m ad monadem: ergo si in m transit totum circuitum in monade transit ac: sed monas ducta in k facit k, igitur e in tempore k perueniet in c, quod erat demonstrandum.

Proponatur modo tempus revolutionum e ipsum d: eodem modo agemus ducendo fin b sit g, addatur h & fiat k, dividatur k per aggregatum d & a e, & exeat m, (idem enim est dividere per aggregatum d & h, & multiplicare per l) dico ergo ut in demonstratione priore, quod m est tempus circuitus e. Nam cum k sit tempus, in quo a post circuitus f peruenit ad e, ergo diuisio ipso toto tempore

D 2 per



Com:

Per 10. Pd.

Per 11. Pd.

per numerum reuolutionum d, & partem reuolutionis exibit tempus unius reuolutionis.

Exemplum primi in re paulò obscuriore: sit f 4 & b $2\frac{1}{2}$ & a c $\frac{4}{7}$, ducemus 4 in $2\frac{1}{2}$ fit 10, adde $\frac{4}{7} \cdot 6$ quod est 2 fit 12, diuide per $\frac{4}{7}$ seu multiplica per $\frac{7}{4}$ quod idem est, fit 15 circuitus e, in quatuor ergo circuitibus, & $\frac{4}{7}$ qui sunt duodecim anni perueniet a ad c, & in duodecim annis e perueniet ad c, nam 12 sunt $\frac{4}{7}$ ipsius 15. Similiter in secundo casu sit f 4 ut prius b $2\frac{1}{3}$ a c $\frac{1}{7}$, ducemus 4 in $2\frac{1}{3}$ fit $9\frac{1}{3}$, addemus q̄b h portionem b qualis a c est totius circuitus, id est $\frac{1}{7}$, est autem $\frac{1}{7} \cdot 2\frac{1}{3}, \frac{1}{3}$ fient $9\frac{1}{3}$, similiter ponatur d 5, & quia a c est $\frac{1}{7}$ erunt $\frac{35}{7}$, diuide ergo $9\frac{1}{3}$ id est $\frac{29}{3}$ per $\frac{35}{7}$ exeunt $\frac{203}{108}$ tempus reuolutionis e. Quinque ergo reuolutiones e erunt $\frac{105}{108}$ addita septima parte, quæ est $\frac{29}{108}$ fient $\frac{104}{108}$ seu $\frac{26}{27}$, & sunt anni $9\frac{18}{27}$ seu $9\frac{2}{3}$, ergo in tanto tempore a faciet quatuor circuitus, & septimam partem, & e quinque circuitus, & septimam.

Corm. Ex hoc patet, quod non coniungentur in alio loco, neq; alio tempore ante prædictum tempus.

Propositio quinquagesima.

Omnis circuituum portiones in eiusdem temporibus repetuntur.

Sint in circulo abcd efg; a & b iuncta, & in primo congressu iungantur in c, in secundo in d, in tertio in e, in quarto in f, in quinto in g, in sexto in h, in septimo in k, in octavo in l. Et sic deinceps cuq; tempora sint æqualia, erunt & circuitus totidem numero, & excessus æquales etiam a c, c d, d e, e f, f g, g h, h k, k l. Et si aggregatum a scilicet circulorum,

& portionis fuerit commensum circulo, & ita de b erunt omnia cōmensa ad circulum,

Per Corm. & etiam inter se. Et si inter se aggregata, uel

precedentis. portiones erunt, & eodem modo reliqua.

Et quoniam circuli circulis commensi sunt:

si portiones erunt inuicem commensæ erūt,

& toti circuitus cum partibus commensi, &

si non commensi, neque erunt inter se, neq; ad circulum. Et si totum

spatium cum circuitibus erit unius generis, erunt duplicata, & tri-

plicata, & quadruplicata eiusdem generis: quare cum spatia ipsa

detractis circuitibus uelut rhete habeant naturam recisi, & spatia

ipsa tota sint eiusdem generis, erunt spatia, quæ relinquuntur eius-


dem generis. Erunt tamen incomensa necessariò, si partes fuerint

incommensæ toti. Ponatur a c incomensa toti circulo dico, quod

a k etiā est incomensa toti circulo: & etiā a k, & k c. Quia enim a c

est incomensa circulo, & k a cum toto circulo semel est commen-

sa a c



sa a c, quia multiplex ei. igitur cum circulus, & a k diuidantur in cir-
culum et a k, & circulus sit incommensus circulo, cum a k erit aggrē ^{Per 14. deci} mi Element.
gatum ex circulo, & a k incomensum ipsi a k, & a k pariter incom-
mensa circulo. Rursus quia a k est incommensa circulo cum a k, & ^{Per 17.}
circulus cum a k sit multiplex ad a c, erit a k incommensa a c, quare
erit c k incommensa a k & a c, & circulo addita a k. Si ergo a c sit ^{Per 14.}
commensa circulo, erunt omnes portiones ē genere numeri, & si
potentia rhetē erunt omnes, uel potentia rhetē, uel circulis detra-
ctis, ut a k & a l recisa: & a c sit potentia secunda rhetē, id est radix cu-
bica erunt omnes c d, d e, e f, potentia secunda rhetē, et radices cubi-
cæ numeri, seu latera corporum rhetē, a k uero & a l, & huiusmodi
in infinitum recisa potentia rhetē.

Ex hoc patet, quod cum circulus possit diuidi in infinita gene-
ra quantitatū, quæ non sunt inuicem commensæ cumq; coniun-
ctiones hæ semper in eodem genere maneant, quod infinita pun-
cta, & infinitis in speciebus quantitatū remanebunt in quibus a
& b in perpetuum nunquam conuenient. Velut si coniunctio pri-
ma fiat in $\text{R}^2 \text{cu. } \frac{1}{2}$ alicuius circuli, nunquam conuenient, neq; in me-
diate, neq; in quarta parte, nec octaua, nec tertia, nec sexta, nec no-
na, nec quinta, nec decima, & sic de singulis in genere commensa-
rum toti circulo. Neque in R^2 quadrata $\frac{1}{2}$ uel $\frac{1}{3}$, uel $\frac{1}{5}$ neq; $\text{R}^2 \frac{1}{6}$, uel $\frac{1}{20}$,
neq; in $\text{R}^2 3m : 1$, nec $2m : \text{R}^2 3$ nec in $\text{R}^2 \text{R}^2 2$ aut 3 aut 7 nec in R^2 relas-
ta alicuius numeri, nec in $2m : \text{R}^2 \text{R}^2 \text{cub. } 3$ nec $2m : \text{R}^2 \text{cub. } 4$, & sic
de alijs.

Propositio quinquagesimaprīma.


Operationes dictas exemplo declarare.

Supponamus in circulo prædicto a c $\text{R}^2 7$ constat, quod esse non
potest, quia $\text{R}^2 7$ est maior monade, ideo toto circulo, quare non po-
terit esse pars circuli, sed referetur ad quantitatē certam, uelut quod
circulus sit 10. semper ergo diuidemus $\text{R}^2 7$, seu eam portionem per
10 quantitatē circuli & exhibit $\text{R}^2 \frac{7}{100}$, & hæc erit portio circuli, & ita
si portio sit $\text{R}^2 \text{cub. } 16$, diuidemus $\text{R}^2 \text{cub. } 16$ per 10 exhibet $\text{R}^2 \text{cu. } \frac{2}{125}$, &
ita de alijs.

Sed cum ex repetitione crescat portio illa, donec exuperet mo-
nadem, aut aliquem quemuis numerum detracta monade aut nu-
mero circuitū habebit rationem recisi. Velut $\text{R}^2 \frac{7}{100}$ quater sum-
pta efficit $\text{R}^2 \frac{112}{100}$. Et hoc est potentia rhetē, sed si quis auferat mona-
dem fieri $\text{R}^2 \frac{112}{100} m : 1$, & hoc est recisum 1, scilicet 1 p: $\text{R}^2 v: \frac{22}{25} m: \text{R}^2 \frac{28}{25}$, sed ta-
men uerè est linea media.

Quod uerò non contingat coniungi in alio loco, neque tem-
pore sit, ut a b iungantur in c, & sit reuolutio a triplex integra, & b

sexcuplex, & tempus totum decem annorum: ita ut a c sit tertia pars circuitus, & a circuitus tres anni, & quia circuitus b sunt sex cum tertia, diuidemus decem per $6\frac{1}{3}$ exit $1\frac{11}{19}$, dico quod non prius, neque in alio puncto. Si enim primùm in eodem punto, & gratia exempli, in quatuor annis congruit enim, & b dicamus quod per egerit duas reuolutiones cum tertia, hoc enim est necessarium, si debet peruenire ad c, & erunt anni tres, & $\frac{12}{19}$, non ergo anni quatuor. Cum enim tempora diversa diuiduntur per numeros habentes proportionem erunt, qui prodeunt numeri in eadem ratione. Diuiso ergo 10 per $1\frac{11}{19}$ exit $6\frac{1}{3}$, & diuiso 4 per $1\frac{11}{19}$ exit $2\frac{8}{19}$, igitur $6\frac{1}{3}$ ad $2\frac{8}{19}$, ut 10 ad 4, igitur $\frac{8}{19}$ non potest esse æquale $\frac{1}{3}$. Si enim per præcedentem repetuntur, ergo non possunt redire, donec iterum coniungantur in ipso a. Si enim aliter sit ut ex e, igitur e c est æqualis a c pars toti, quod contingere non potest. Sin uero coniunctio fiat in d, igitur per præcedentem d e est pars a c submultiple quomodolibet, quare non fuerunt assumpti primi numeri. Veluti in exemplo constituimus, quod a, & b conueniunt in c in decem annis, & a c est tertia pars circuitus: ergo in triginta annis conueniunt in a, & in quadraginta rursus in c. si ergo quis assumpsisset quadraginta annos ab initio pro congressu, & diuisisset per $1\frac{11}{19}$ exiret $25\frac{1}{3}$, & si per 3 exiret $13\frac{1}{3}$, & manifestum est, quod uterque numerus potest diuidi per eundem numerum, utpote 4 & exit numerus cum eadem parte scilicet $6\frac{1}{3}$ & $3\frac{1}{3}$, ergo conuenient ante, non ergo assumpsisti minimos in ea proportione. Illi autem nequaquam amplius diuidi non possunt eodem modo.



Decem	Quatuor
$3\frac{1}{3}$ $1\frac{11}{19}$	$3\frac{1}{3}$ $6\frac{1}{3}$

Propositio quinquagesima secunda.

Tria mobilia coniuncta in eodem punto, quorum duo, & duo conueniant in partibus incomensis inter se, in perpetuum in nullo unquam punto conuenient.

Co^m. Sint a b c iuncta, & primo iungantur a & b, iterum in d & b, & in e, & sint a d, a e incomensæ, dico quod a b c nunquam conuenient in aliquo punto, seu primo, seu alio à primo; si non conueniant

DE PROPORTIONIBVS LIB. V.

43

ueniant in f , erunt ergo in g tempore revolutiones integræ, & portio $a f$ insuper. Et quia hæ constituuntur per congressus b cum a , & sunt spatia $a d$, & b cum c , & sunt spatia $e f$, igitur spatum $a f$ erit ex genere quantitatis $a d$, & $a e$ per quinque gesimam, harum ergo erunt commensæ; quod est contra suppositum. Et harum propositionum principium est traditum à Campano Nouariensi Euclidis expositore, in quodam libello non edito qui diligentia patris mei Facij ad me peruenit.

Propositio quinquagesimatercia.

Circulorū se in aduersum mouentium proportionem declarare.

Sit orbis $a b$ cuius cen-

cenarum c , manubrium $c d f e$, seu uero tangat circumflexum g , seu more gemmas sculpentium aligetur alteri orbī funiculo $a l b$, & sit in uertice axis $k m$ orbiculus solidus aut semicirculari forma m , dico quod proportio motus $a b$ ad motum m est producta ex duabus proportionibus $c n$ semidimetētis, & semidimetientis m ad $k o$, quare ut rectanguli $c n$ in dimidium dimetientis



m ad quadratum o , ut enim $a b$ ad o l orbem, id est peripheriarū ita en ad $o k$, quoniam $o l$ mouetur toties in una circuitione $a b$, quoties peripheria $o l$ continet in peripheria $a b$, ergo quoties $o k$ continentur in $c n$ toties in una circuitione $a b$ o l circumueritur, sed quoties circumueritur $o l$, toties etiam m , quia uterque mouetur eodem circuitu $k m$ axis, ergo quoties m circumducitur in circuitu $a b$ toties $o k$ continentur in $c n$, ergo si fiat comparatio semidiametri m ad $c n$, erit producta proportio circuitus $a b$ ad circuitum m ex proportione $c n$ ad $o k$, et semidimetientis m ad idem $o k$, ergo per 26

proportio numeri circuitus unius p alterū est, ut rectanguli sub $c n$, & semidimetiente m ad quadratum $k o$, quod erat demonstrandum.

Manifestum est autem ex ipsa sola constitutione, quod si $a b$ mo-

Cor. I.

D 4 uetur



uetur sursum à dextro in sinistrum in inferiore parte, mouebitur à sinistro in dextrum, & uterque circulorum g & k in superiore parte, & in inferiore mouebitur contrario motu, scilicet in superiore à sinistro in dextrum, & inferiore à dextro in sinistrum, illi uero duo orbis simili motu mouebuntur tam in parte superiore, quam inferiore, & proportio motuum eorum inter se erit uelut dimetientium eorundem.

Cor. 2. Rursus cum ab circumueratur cum manubrio cd fe, tanto uelocius circumueretur, & in ea proportione, qua df continetur in cn, & in eodem tempore, in quo manubrium circumueritur in eodem axis circumueritur, & orbis, ut dictum est, ergo in eodem tempore, in quo axis circumueritur in eodem orbis: ergo tanto tardius uidebitur moueri axis ipso orbe, quanta est proportio minoris in aequalitatis ipsius axis, seu ambitus, seu semidimetientis ad ambitum, seu semidimetientem orbis.

Propositio quinquagesimaquarta.

Proportio circuli ad suum diametrum per similitudinem est quarta pars peripheriae. Rursusque eiusdem circuli ad peripheriam diametri quarta pars.

Co^m. Quoniam enim superficies circuli, ut ab Archimede demonstratum est, sit ex dimidio diametri in dimidiū peripheriae erit, ut eadem fiat ex tota peripheria in quartā partem diametri, & ex tota diametro in quartam partē peripherie. ergo proportio arearum circuli ad diametrum per similitudinem est quarta pars peripherie, & proportio arearum ad peripheriam est quarta pars dimetientis, quod erat probandum.

Propositio quinquagesimaquinta.

Proportionem medicamentorum per ordines supposita æquale proportione in ordinibus per quantitates, & proportiones demonstrare.

Co^m. Galenus libro quinto de Simplicibus medicamentis, quem secundum ult. quatuor sunt alij medici, ponit quatuor ordines medicamentorum iuxta qualitates calidi, frigidi, siccii, & humidi, & primus est cum medicamentum non sentitur quale sit licet operetur, uelut camæmelon, absynthium, & oriza: secundus est, cum sentitur, sed non laedit, ut nux myristica, salvia, ozimum: tertius est cum sentitur, & laedit, sed non destruit, neque corruptit corpus, uelut assarum apium staphisagria, cappares, myrrha, ruta: quartus est, cum destruit uelut pyretrum, piper, euphorbium cæpe agreste, & sinapis, cinamomum.

